

Caen
(Normandie)

Deschamps, p. 285

Nirgends angezeigt

# Auis stultifera a domino Sebastiano Brant. Primum edificata: et lepidissimis teutonice lingue rithmis decorata: Deinde ab Jacobo Lochero philomuso: latinitate donata: et demum ab Jodoco Badio Ascensio vario carminum genere nō sine eorūdem familiari explanatione illustrata.

¶ Gerardi Durandi Cōstantinatis vitellensis ad lectores Epigramma.

Cernite stultiferam iuuenesq; senesq; carinam
Quam facili prudens arte magister agit
Cerula diuersas fert nauta per equora merces:
Grata serenatum dum facit aura diem.
Horrentes scopulos scyllamq; experta rapacem:
Hec sapientificas cymbula portat opes.
Optima doctorum comprendit dicta virorum:
Que varijs iterat consona musa lyris.
Uirgilius\naso\iuuenalis\horatius\atq;
Persius\& latio quicquid honore micat
Sub placida nitido breuitate volumine fulget.
Utilis atq; placens nempe libellus adest.




¶ Ueneunt in edibus Michaelis angerij Cadomensis bibliopole e regione Franciscanorū fratrū commorātis.

¶ Nauis stultifera ad lectorem.

Quanq̄ steltifere michi vox est indita naui:
Sana tamen tute mens mea vela leget.
Non etenim doceo quenq̄ insanire: sed hortor
Et moneo insanum: nauiget anticyram.
Multa probatorum porto documenta virorum
Et leuibus presens mentibus antidotum.
Nec quicq̄ obscenum nec olenti fornice dignum
Nec fidei inuisum nostra carina tenet.
Carmine sed vario mores induco venustos.
Expellens casto turpia verba modo.

¶ Gerardi Durandi Cōstātinatis Vicellen̄.ad Magistrū Nicolaum Burellium Cōstātinatem cerotaciensem Carmen asclepiadeum.

Non te stultiferam peniteat ratem
Adspectare parum / sana tibi licet
Sit mens hellebori que nihil indiga
Juris difficiles emaculat vias.
Quid fas quidq; nefas noscis / et est tibi
Semper suada comes que facit omnibus
Te gratum lepido nectare dulcibus
Hausto tulliaci fluminibus ducis.
Non sedat rapidum naso cupidinem
Blandis versiculis / nec venerem fugat:
Ast hic anchidotum fertur amantibus
Expellens facili stulticiam modo.
Quid pestes alias dixero quas bonus
Uindex herculeo robore conficit:
Ergo dum fuerint ocia / cernere,
Non te stultiferam peniteat ratem.



Tultoꝝ numerꝰ quoniā infinitꝰ habetur
Ignotumqꝫ potest nemo cauere malū
Constitui varias stultorū ꝓdere formas.
Et leuibus presens moribus antidotū
Nulla supercilio prescribam iussa seuero
Sed lepido euellam dira venena ioco
Proinde puer nostras aude spectare carinas
Stultiferas sed que stulta cauere docent:
Nec senior nostris a nauibus ora mouebit:
Inueniet recipi quo queat ipse loco.
Littora iam vario procurua celeusmate strident
Et stulti properant vndiqꝫ multimodi.
Sed ne forte morer longo prefamine quemq̄
Appello ripis littoribusqꝫ ratem.



Tultorum ꝛc. Quoniam inquam stultorū vt ait ecclesiastes infinitus est numerus: et vt augustinus: malū euitari nequit nisi fuerit precognitum constitui ex inuento. d. Sebastiani Brant varias stultorum ꝓdere formas nō tamen omnes: qꝛ (vt illud maronis sic michi sumā) nō michi si lingue centum sint/oraqꝫ centum: Ferrea vox oīs scelerum cōprēdere formas. Oīa stultorum percurrere nomina possem. quas tamen non nomino ad has facile redigas: nullum enī peccatorū (quos hic selos carpimus) pretermitto genus: castis tamen verbis lubrica et lasciua taxo/cognoscens humane libidinis impotentiam: que dum vitia illa carnalia aperte taxari audit potiꝰ inflāmatur q̄ extinguitur. Neqꝫ vero quēq̄ presertim nominatim/ledo: ꝛ in magistratibus notandis etiam parcior q̄ qui ante me scripserunt comperiar. Posset quidem opus totum satyra inscribi: nō tam a satyris diis quorum petulantiam hic nolumus imitari q̄ a satyra lege que vno rogatu varia sanciebat. Nam vario vtar carminum genere persequēs suo ordine omnia que apud horatium aut Boetium conspiciuntur. Neqꝫ vero quicq̄ obscurum qđ nō elucidarem preter misi qđ ne in fronte neglexisse arguar qꝛ ordo hic patet. et ex industria protritis vtor vocabulis/sat fuerit paucas elucidasse voculas. Prodere id est manifestare cum occultari velint: aut lege promere. Leuibus id est inconstantibus quales habent stulti/qui tenorem vite ꝑpetuum conseruare nequeunt Antidotum id est remedium qđ sonat cōtra datum: qꝛ contraria contrariis curari volunt. Supercilio seuero: more philosophorum. Unde laudatur esopus apologorū artifex. ꝛ horatiꝰ. qꝛ Omne vafer vitio ridenti flaccus amico Tangit Dira venena. i. animorū q̄ sunt peccā. proinde. i. et ideo. Celeusmate: clamore nautico. Appello. i. admoneo. Sed oīa patent.

Index omnium cap. in fine ponetur.

Qui libros tyriis vestit honoribus.
Et blattas abigit puluerulentulas.
Nec discens animum litterulis colit.
Mercatur nimia stultitiam. stipe.

¶ Carmen est asclepiadeũ quale in prima ode horatii constans spõdeo dactylo cum syllaba et rursus duobus dactylis: vltima tamen communis est. Ordo est Qui vestit. i. excolit libros honoribus. i. ornamentis tyriis. i. apud tyron inuentis et prestantibus/hoc. est purpureis: et abigit blattas. i. vermiculos illos nociuos puluerulentulas id est aliquantulũ puluerulentas/nec discens colit animam litterulis. i. saltem paruis scientiis sup. mercatur. i. emit stultitiam. i. nomen stulti nimia stipe. i. mercede qz opera et diligentia: q̃bus sapiẽtiã ꝯparet.

Quid te insane iuuat stipare platona menãdro.
Et ius cesarium subdere pontifico?
Quid vel aristotelem: vel sacre grandia charte.
Verba polis opibus: sordidus ipse tuis?
Sat sapio inquis: et est mihi bibliotheca parata.
Qualis iliacis regibus ante fuit.
Si romana minus presto est vernacula lingua:
Qua tono: vix tantum stentora posse putes.
O stolide atqz expers veri si forte medelam.
Stultitie expectas pharmaca nostra cape:
Ne te multarum disturbet copia rerum:
Excole te paucis vtilibusqz libris.


Uid te insanie. &c. Quemadmodũ persius primã satyram in vanos poetas composuit: ita satyra nostra initium sumit a stultis librorum coaceruatoribus/qui plurimos excolunt et se negligunt/qz libros neqz legunt/neqz si legerẽt intelligerent/qz non didicerunt literas bonas/et quod detestabilius est discere nolunt. placent enim sibi qz vernaculo torrente prediti inter balbos et ineptulum vulgus famã sapientium assequuntur. Verum qui sapiet emet paucos libros et eos vtiles: diligenterqz perdiscet. Ordo et explanatio est. O insane quid iuuat id est delectat te stipare id est condensare et comprimere platona: id est libros platonis menandro id est libris menandri principis noue comedie Est autem imitatio horatii in secundo sermonũ. Et quid iuuat te subdere id est supponere tanq̃ minus authenticum cum neutrum intelligas ius cesariũ id est ciuile/pontifico scilicet iuri canonico. dicimus nãqz pontificus/a/um. i. pontificius et pontificalis. Unde sanctus de gestis legati ambosii Nõ meliora geri tã multos forte per annos pontificam vidit gallica terra virum: canonico non ingreditur hoc genus carminis habet enim primam et duas sequentes breues.

Quid.i.ad quid/polis.i.exornas vel aristotelem.i.artes liberales vel grandia: id est magni momēti verba sacre carthe.i.diuini sermonis:polis inquam tuis opibus.i.facultatibus existens ipse.i.cum sis ipse sordidus.i.animo:respōdet stultus amator sui et librorum suorum. Ego sat.i.satis sapio & bibliotheca.i.libraria est mihi parata sup.talis qualis fuit ante.i.prius/regibus niliacis:id est egiptiacis nilum accolentibus.i.ptolomeo philadelpho cuius meminit Josephus libro.xii.& filio eius.gloriatur ergo in re friuola. Et addit si lingua romana.i.latina est mihi minus.i.non satis presto.i.parata/tamen supple vernacula.i.vulgaris & quam maternam vocant est mihi presto. Quam.i.vernacula lingua tono.i.clamitto quasi tonitru ciere volens ita sup.vt putes.i.quilibet putet:stētora.i.virum illum cuius (vt inquit homerus) hiatus Tātus erat/vocisq; sonus super aera quantus quinquaginta simul quum clamant ora virorum.posse vix tantum.i.tonare aut sonare. Castigat author. O stolide.i.sensu pecuino predite qui tibi ob vocem places/atq; expers.i.nullam partem habēs veri.i.veritatis/si expectas forte q; multi insani nolunt curari:& precipue:alites qui sibi placent vt hic.qui dixit sat sapio medelam.i.curationem:cape.i.vt dicunt recipe nostra pharmaca.i.medicamenta/sunt tamen proprie vnguenta/hoc est salutarem doctrinam que sequitur.

Ne copia multarum rerum disturbet te.
Excole te paucis et vtilibus libris.
In suam quisquis redigit crumenam.
Ciuium causas/simili statera.
Phas nephas pensans/agere in lebetem.
Dicitur aprum.

Carmen est quale secundum horatii saphicum cum adonio: sententia tracta est ex vulgari adagio teutonicorum/qui in lebetem agere dicunt pinguem porcum:eum qui per phas et nephas omnia iudicia in suum contorquet commodum. Ordo est. Quisquis.i.quicunq; redigit.i.conuertit in suam crumenam.i.loculos pecuniarios.hoc est in propriam vtilitatem causas ciuium/pensans simili statera:id est definiens eodem iudicio:phas et supple nephas is sup.dicitur scilicet prouerbio vulgari agere:id est impellere aprum:id est porcum etiam siluestrem/in lebetem:id est in ahenum seu caldarium aut cacabum suū. Vt lebes lebetis vas ereum est.

Pessima stultifere fex et sentina carine
Patres conscripti. qui rem cumulatis iniquo
Judicio: que vos poterit curare medela?
Vos etenim scitis (vel vos nescire negatis)
Quid phas atq; nephas: propria dum sponte ruatis
Preuisum in baratrum: presenti munere tracti.
O curue in terras anime et celestium inanes.
Si nihil hinc dabitur migrantibus in regionem
Extremam: preter virtutum premia ferre.
Quid struitis celeri linquendum tempore pondus.

Auri atqꝫ argenti: terre est quod terra creauit
Discite iusticiam moniti que ducit ad astra.

PEssima. ⁊c. Quia Iuuenalis probe docet. Omne animi vitium tanto conspectius in se. Crimen quanto maior qui peccat habetur: merito assignat pessimum genus stulticie iniquis iudicibꝰ, quorum corruptio omne ius tam diuinum quam humanū inuertit. Unde vt sanctorum decretis cauetur. Omni sollicitudine ac viuacitate veritatis indaganda est causa. Iudicātes enim oportet cūcta rimari pre oculis habētes solū deū a quo sicut iudicabūt iudicabūtur. Neqꝫ iudicandum est exēplis aut opinione aliorum sed legibꝰ. Peccāt ergo qui legū īperiti aliorum sequūtur in iudicādo sentētiā. Ordo ⁊ explanatio textꝰ nostri est. O patres ꝯscripti. i. iudices sūmi vt patres ꝯscripti ī ordine senatorio olim rome: appositorie fex ⁊ sentina pessima. i. qui estis: fex ⁊ sentina pessima. i. perniciosissima sordes carine stultifere: vos dico non omnes: sed qui cumulatis. i. augetis rem. i. diuitias et opes. iniquo iudicio scilicet dādo que medela. i. que cura ⁊ medicina: poterit curare vos. q. d. nulla: quia tales ex certa malicia peccēt ceterū vos scitis vel negatis vos nescire. i. iactatis vos scire: quid phas atqꝫ nephas: tū. i. tamen ruatis. i. precipitāter cadatis ꝓpria spōte. i. volūtate, in baratrū. i. voraginem ⁊ fossā infernalē, puteum. i. precognitā a vobis: existētes tracti. i. allecti, inani re presenti. i. fruitione rerum terrenarum quibus vtendū est. Et ergo exclamādo dico illud persianū. O anime curue. i. incuruate in terras. i. ad terrena ⁊ inanes id est expertes celestium scilicet rerum si nihil. i. non aliquid si non dabitur scilicet a deo ⁊ natura, migrantibus hinc: id est decedentibus per mortem ex hac vita in extremam regionem: quia vnde non est reditus in hanc vitam. si non dabitur inquam ferre scilicet secum: id est asportare aliquid preter premia virtutum (opera enim illorum sequuntur illos) Quid struitis: id est conseruatis pondus auri ⁊ argenti linquendum scilicet a vobis celeri tempore: quia forte hodie. Id quod terra creauit. i. produxit: est terre quia manet in terra: ⁊ ideo discite moniti scilicet a me: immo ab euangelio iusticiam que ducit ad astra.

Qui sudore parit bona.
Nec partis nitido gaudet in ocyo:
Multis ille malis sibi
Conseruat cumulum. stultitie male.

¶ Carmen est dicolon distrophon quale tertium genus apud horatiū. primus enim versus est choriambicꝰ gliconicꝰ trimeter ꝯstans spōdeo choriambo ⁊ perichio, secūdus est asclepiadeus de quo in primo titulo visum. Taxantur hoc loco auari: quorū alii peccāt acquirēdo qui proprie auari sunt: alii in possidendo: qui more canum in terrā defodiunt, et dicuntur sordidi ⁊ immundi: vt contra qui decenter vtuntur lauti ⁊ splendidi alii in non expendendo: qui tenaces dicuntur. hic autem tanguntur auari cum dicitur qui sudore parit bona. Sordidi cū additur nec partis nitido. ⁊c. tenaces cum super additur conseruat. ⁊c. male quia perniciose multis malis: id est laboribus vt assuetumqꝫ malo ligurem.

Danda est hellebori multo pars maxima auaris
Nescio an anticyram ratio illis destinet omnem
Nam peccans male auet: neqꝫ quicquam stultius illis
Diis inimice senex custodis ne tibi desit.

Quid iuuat immensum te argenti pondus & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?
Quo tibi vis auri? congestis vndiqz saccis
Indormis inhians\& tanq̄ parcere sacris
Cogeris\aut pictis tanq̄ gaudere tabellis.
Nescis quo valeat nummus\quem prebeat vsum?
Panis ematur: holus. vini sextarius. adde
Quis humana sibi doleat natura negatis.




Danda est hellebori. &c. Verba sunt horatii. ii. sermonum quibus innuit auaros maxime insanos & opus habere plurimo hellebori ad purgandam insaniã. Nam olim cũ fortior esset complexio humana sumebatur hellebor̃ precipue candidum ab his qui furorem ex noxiis humoribus prouenientem purgare vellent estqz duplex candidũ & nigrum: tutissime autem sumebatur in anticyra insula. vnde dicit Nescio an anticyram. &c. Qz pctm̃ ex quadã auaricia. i. mala cupiditate nascitur sed hic philargyriam. i. amorem argenti et auri taxabimus. Ordo est. Pars multo. i. longe maxima: hellebori. i. veratri/hoc est herbe purgantis insaniam/est danda auaris qz sũt maxime insani. eo q̄ in nobis vitia decrescunt omnia solam preter auariciam. & nescio inquit Horatius an ratio destinet. i. addicat illis omnem anticyram. i. totum helleborum qd in anticyra nascitur. affero rationem. Nam peccans. i. quisquis peccat/auet. i. cupit male. i. peruerse & ab auendo dicta est auaricia neqz quicq̄ est stultius illis vide flaccum. ii. sermonum. O senex: qz senii precipue vicium est. Unde in arte de sene dicit. Querit & inuentis miser abstinet & timet vti. inimice diis vel quia misereri qd proprium est deorum non vult/vel qz diis iratis videtur natus cum laboret: & fructum laborum non percipiat. qz vt seneca dicit. Tam deest auaro qd habet q̄ quod non habet. tu custodis. i. anxie res tuas ne de sit tibi/& ea est dementia senum/qui quominus restet vie eo plus querant viatici. Unde dicit idem pri. ser. Quid iuuat. i. delectat te timidum pro furibus deponere furtum. i. furtiue aut clanculum: aut ideo qz pauperum sunt superflua. sup. in terra defossa. i. aperta fodiendo: immensum pondus auri & argenti. q. d. nihil. Quo. i. ad quid seu ad quem vsum est sup. tibi. Vis. i. magna copia auri. Tu inhians. i. auiditatem hiatu ostentans. i. indormis. i. incubas saccis scz pecuniarum congestis vndiqz. i. ex omni loco & omni re: qz vt dicit Iuue. Unde habeas nemo querit sed oportet habere. & tu cogeris scz ab auaricia tua parcere scilicet pecuniis tanq̄ sacris quorum vsus interdicitur prophanis: aut gaudere tanq̄ tabellis pictis/solum aspectum referens. Nescis quo. i. ad quid valeat numus. i. pecunia ad numerandum accommodata: & quem vsum. i. quam vtilitatem prebeat quasi dicat si nescis ad hoc valet vt panis ematur & holus & sextarius id est modica mensura vini adde sup. & quibus negatis/natura humana doleat: vt sunt amictus & ligna.

Quid tibi vias mollis passercule feminina quid vult
Figura vultus. Cur tyara fronti.

Quid madido spirant opobalsama densiora collo.
Parem ne factum te pudet cinede.

¶ Carmen est quale quintum genus apud flaccum de quo satis ample perottꝰ
Hec tyara vel hic tyaras. Phrygium coopertimentum capitis. Opobalsama: suc
cus balsami. Cinedus pathicus. Vide Iuuenalem.



Quid tibi vis inq̃ stultissime: cur muliebrem
Inducis speciem: num pudet esse marem?
Cur defers pathici speculum gestamen othonis?
Actoris arunci num spolium esse putas?
Brachia cum duo sint: manice cur quattuor extant?
Cornua cur fronti: cur bouis ora pedi?
Cur vulpina tuo dependet cauda lacerto?
Cur pluma est capiti: num pudet esse hominem?
Cur germane tuum nudant multicia corpus?
Cur tua tot tunicis robora galle premis
Cur mihi tam varius vt vincas prothea formis
Et corium & pannum dilacerare iubes?
Cur de fungorum nunc te vis stirpe putari
Nunc caput argutum prodis vt acris equi?
Desine multiplici te monstrum fingere forma
Fluctiuagumqz animum prodere veste tua.



Quid tibi vis inq̃ stultissime: qz simile principiũ fuit in superiori carmine addo inq̃: qz ergo ordo facilis est exponam dumtaxat vocabula: num. i. nunquid pudet scz te esse marem. i. masculum. Othonis pathici. i. libidinem more muliebri patientis. est autem ex iuuenale sumptum qui dicit saty. ii. Ille tenet speculum pathici gestamen othonis authoris arunci spolium quo se ille videbat armatum cum iam tolli vexilla iuberet. Is autem otho erat imperator romanus qui galbe successit homo mollissimus corpore vulso & faciem quottidie rasitare & madido pane linire suetus. vnde & speculum secum tulit: vt Turnus apud maronem dz gestasse hastam actoris arunci spolium: verba maronis sunt libro. xii. Exin que mediis ingenti adnixa columne. Edibus astabat validam vi corripit hastam actoris arunci spolium: quassatqz trementem vociferans. Quero ergo num putes speculum illud esse spoliũ actoris arunci fortissimi illius viri: quod est othonis pathici. Manice quattuor/ qz due dependent/ due brachia vestiunt: vt quadrupedes imitentur. Cornua quia cooperimenta capitum cornuta habent. ora bouis pedi/ quia calceamenta gerunt illorum instar. vulpina cauda/ quia pelle vulpina inuersas fimbrias & in dorsum demissas gerunt: num pudet esse hominem quia imitaris pecudem. Unde potius dico hominem q̃ virum licet versus molior sit. Hermani alemanni.

multitia mollia indumenta: ut que pelucida totum corpus ostendant robora robusta membra. De protheo vide. iiii. georg. Fungus hz caput magnu a reliquo corpore unde habentem pileum latissimum plautus de genere fungorum vocat.

Pes alter tumulo iam mihi figitur
Et corpus gelido sanguine contremit
Sensus deficiunt me
Sed mens stulta manet mihi.

¶ Carmen est quale quintum genus apud Hora. tricolon tetrastrophon: duo primi versus sunt asclepiadei. Tertius pherecratius constans spondeo dactylo & spondeo. Quartus gliconius constans spondeo & duobus dactylis. Sensus deficiunt. i. derelinquunt & destituunt me, sed mens stulta: assueta videlicet voluptatibus & vitiis manet mihi, quia cum potestas peccandi deficiat: permanet tamen perversa voluntas. de qua in sequenti carmine dicentur plura.

En ego delirus. capularis. terga recurvus.
Obrepens quadrupes gemino incumbens scipioni
Cui pes in tumulum iampridem figitur alter.
Lumina cui geminas ostentant egra lucernas:
Cui nares stillant: oculi flent: tactus oberrat
Aures surdescunt: sapiens sed lingua palato
Regnat adhuc hudo: cui lurida pro cute pellis
Corrugat faciem: cui plurima tussis anhelum
Carnificat pectus: cui surgere muto recusat
Cui tantum in linguam virtus est fusa dicacem
Quod facere haud valeo facinus fecisse pudendum
Exulto: facile est consueta relinquere nulli.
Proinde puer teneram virtutibus imbue vitam.



En ego. Ut ex titulo prescribitur in antiquos fatuos: in quos dictum est illud Ezech. vii. Peribit lex a sacerdote & consilium a senioribus. Et illud esaie. lxv. Puer centum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit. Is autem centum annorum puer est, qui pueriles stultitias in senio que longe periculosiores sunt exercet. quales erant presbyteri illi danie. xiii. Ad quorum alterum illic di. Inveterate dierum malorum: nunc venerunt peccata tua: que operabaris prius. Verum ut carmina nostra sub ordine paucis explanem. Ordo est. En ego. &c. usque in penultimum versum: exulto fecisse facinus pudendum. i. turpe: quod haud. i. non valeo facere sup. amplius aut modo. ego inquit existens delirus. i. insanus presertim ex senio: ut qui quasi extra lyram divagans in proposito persistere nequeo. capularis. i. vicinus capulo. i. feretro seu capsa qua capiunt qui ad sepulturam deducunt (unde Plau. talem vocavit senem capularem. Senolus

aute etiam est manubriū quo culter aut mucro capitur manu: sz sic non capi- hic. )recurui terga. i. habens terga incuruata: obrepens quadrupe. i. quadrupes ut pote incumbens scipioni. i. baculo gemino: ut pote ab utroqꝫ latere. Cui al- ter pes figit iampridem. i. iam a plusculo tpe in tumulum ꝛ cui lumina egra. i. oculi senio caligantes: ostentant lucernas geminas que tn̄ supplices sunt: et cui nares stillant. demittunt: ꝛ oculi flent. ꝛ tactus oberrat prope debilitatē vi- sus: ꝛ cui nares surdescunt. i. sunt aut fiunt surde/ sz lingua sapiens. i. bene di- gnoscens adhuc sapores: regnat adhuc in palato uudo: qꝫ frequenti potu irri- gato: unde comicus. visa est aquile senectus. cui pellis Lurida. i. obscena existēs pro cute. i. bene curata ꝛ succi plena corrugat. i. trahit in rugas faciem: cui tus- sis plurima. i. frequentissima. carnificat. i. more carnificū dilacerat: pectus an- helum. i. frequenter anhelans. Cui muto. i. membrum virile: ut in ser. Horatii: recusat surgere. i. arrigere se. cum virtus est fusa tm̄ in linguam dicacem: exulto. et. quia nulli est facile relinquere consueta. Unde addo: proinde id est/ ꝛ ideo o puer imbue. i. intinge ꝛ institue vitam teneram virtutibus: quia ut dicit Flac- cus. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.

Rides insipiens si tua pignora
Post ludum vetitum se gladiis petunt.
Et nescis iugulum qꝫ subito tuum
Hisdem mox gladiis petent.

¶ Carmen est quale sextū genus carminū horatii dycolon tetrastrophon. dy- colon qꝫ duo continet membra: tetrastrophon; qꝫ post quartū fit conuersio ad primum. Tres enim primi versus sunt asclepiadei de quibus dictum est titulo primo. Quartus est gliconius constans spondeo ꝛ duobus dactylis cum syl- laba: sed ꝛ aliter metiri potest. Scribitur in stultos parentes liberorum illici- tos ludos ꝛ peiora certamina dissimulantes: in quos iam plura dicent. Ordo est. O insipiens tu. rides si pignora tua. id est filii tui. petunt id est inuadunt se scilicet mutuo. post ludum vetitum/ ꝛ nescis id est non animaduertis qꝫ petent subito/ mox. id est paulo post totum iugulum, id est guttur. id iisdem gladiis quibus inter se certant.



Ece vides ludum non pulchrum ludere natos
Mox quoqꝫ districtis mucronibus insidiantes
Alterum in alterius iugulum: rides. subitoqꝫ
Dissiliunt fatuo precordia larga cachinno
Scilicet egregios bellatoresqꝫ superbos
Mox euasuros: gaudes. verum toga nondum
Festinis dabitur\ iugulum quando ense paternum
Inuadent stricto. prohibe mala tanta\ monemus
Dum datur\ et facili curuetur virgula flexu.
Percute mature rigidis tua pignora virgis
Non facies istis letalia vulnera telis.
At animam illorum propriamqꝫ eximeris orco.



Ecce vides. &c. Scribitur vt ex titulo patet in stultos parentes nimis filiis suis indulgentes/ vtpote qui dissimulant dum alea tabulis aut chartis ludunt: et mox se mutuis gladiis petunt: quibus paulopost fortasse patrem dissimulatorem illum sunt perituri. Stultus autem est talis amor & stulta indulgentia: quia ab dicitur prouerbi. xiii. Qui parcit virge odit filium suum: qui autem diligit illum instanter erudit: vnde est plebeius versiculus. Qui parcit virge puerum non diligit ille. Hinc etiam dicitur prouerbiorum. xxii. Noli subtrahere a puero disciplinam/ si enim percusseris eum virga/ non morietur. Tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis. &c. Multa quoque similia passim legimus & multa exempla de his qui neglexerunt liberos castigare: quorum postmodum meminero. Ordo autem hic est. O cece tu vides dicas si cecus est quomodo videat: cecus quidem est animo/ sed videt oculis exterioribus cecus est per dissimulationem eius quod aperte videt. Dictum autem est sicut a comico: tu quod scis nescis: natos: id est liberos tuos: ludere ludum nō pulchrum: id est illicitum: et tu rides quoque mox: id est paulopost insidiantes alterum in iugulum alterius mucronibus: id est gladiis districtis: id est euaginatis et precordia: id est pellicule vicine cordi in quibus est sedes affectionum: dissiliunt: id est in diuersa saliunt tibi cachinno fatuo: id est in risu immoderato et stulto. Scilicet tu gaudes natos euasuros mox egregios et superbos bellatores: verum: id est sed: toga scilicet virilis que quartodecimo anno dabatur. Nondum dabitur eis festinis/ id est festinantibus: quando inuadent ense stricto iugulum paternum: id est tuum qui pater est. Nos monemus: prohibe tanta mala dum datur: id est conceditur: et dum virgula id est puerilis etas: curuetur (si velis) flexu facili. Percute mature: id est tempestiue: pignora tua: id est liberos tuos virgis rigidis: id est asperis tu non facies istis: id est istiusmodi telis/ videlicet virgis vulnera letalia: id est mortifera. Ast id est sed tu exemeris orco/ id est in inferno animam illorum scilicet pignorum aut liberorum tuorum et propriam id est tuam ipsius animam.

Linguam causidici. dum vendunt exeloquacem:
Vtque cient lites onerosas:
Partibus ambabus perspecta fraude premuntur
Vt sub binis grana molaribus.

¶ Carmen est quale septimum genus apud Horatium dicolon distrophon. Primus enim versus est hexameter heroicus seu satyricus. Secundus est dactylicus alcmanius tetrameter acathalecticus. Nam quattuor heroici carminis pedes habet: quorum tres primi indifferenter sunt dactyli vel spondei vel mixti. Tertius tamen fere est dactylicus et quartus spondeus. Scribitur in eos qui imprudenter rixas et discordias ferunt aut ad litem seu contentionem prouocant vt inde lucrentur. Nam sepe cognita fraude abvtrisque opprimuntur: vt qui se inter molares immiserit. Est autem teutonicum adagium: non tute inter molares/ aut inter corticem et arborem interseri manū: in eos qui litibus alienis se intromittunt. Ciere: id est prouocare. Maro. Bella cient. Cetera patent.

PRouoco sepe malum: litemque inflammo vetustā
Nam possū vnanimes armare in prelia fratres

Atq; odij versare domos: possum horrida bella
Excitare leui dum reges tracto susurro.
His vltro assentor: Quis nil stultius extet
Illis aduersor vel cum verissima dicunt.
Consilium prauum do consultoribus: et cum
Corruerint largo saliunt precordia risu.
Sed velut immensum qui torsit in aera saxum
Nec caput insulsum veniente retraxit ab ictu:
Mole sua opprimitur: propria sic angor ab arte.
Nec possum a simili stultos auertere casu.

PRouoco sepe malũ. Verba sunt stulti maliciosi litium amatoris qui exultat cũ malefecerit/ non preuidens casum suum/ qz fere insidiarũ structores incidunt in foueas quas fecerunt/ vnde et in mimis publii apud Aulum gellium legimus. Cõsilium malum consultori pessimum est. In hoc grege sunt omnes delatores fallarii et mali susurrones. omnes assentatores peruersi/ a quibus principibus summopere cauendum: qz vt dicitur prouerbio. xxix. Princeps qui libenter audit verba mendacii omnes ministros habet impios. Ordo est. Ego peruersus et excecatus a malicia mea/ prouoco sepe malum: quia vir insipiens fodit malum/ et inflammo litem vetustã: id est antiquã/ vnde additur: et in labiis eius ignis exardescit. Homo peruersus suscitat lites. etc. Nam possum (id maro eneid. vii. sic. Tu potes. etc.) armare in prelia fratres vnanimes scilicet prius atq; versare: id est disturbare domos. i. familias odiis. Ego possum excitare. (Producitur autem ci/ sicut eneid. iii. Excitum ruit ad portus. est ergo a cio.) bella horrida: id est horrenda/ dum tracto reges leui susurro: id est occulta inspiratione. Ego assentor id est adulor his: id est quibusdam vltro: id est non rogatus ab eis/ Quis nil extet stultius supple ipsis: et ego aduersor illis id est aliis: vel id est etiam cum id est quando dicunt verissima. Ego do consultoribus: id est consilium petentibus/ prauum consiliũ et precordia scilicet mea saliunt supple mihi: largo risu cum: id est postq̃ consultores corruerint. Sed velut. id est quemadmodum is qui torsit in aera supra caput suum saxum immensum nec retraxit caput suum insulsum ab ictu veniente opprimitur mole sua: id est a se iacta et emissa sic ego angor: id est opprimor ab arte propria: nec tamen possum auertere/ id est prohibere stultos a casu simili: quia multos habet sequaces: et inde in fit vt foueam quam fecerint cadent.

Consilii probati
Spretor: est stulti similis/ qui properans arando.
Inuia saxa sulcat:
Et bonas terras inaratas stolidus relinquit.

¶ Carmen est quale octauum genus apud flaccum dicolon distrophon. Primus versus est choriambicus monometer aristophanius/ constans choriabo et amphibracho siue bacchio. Aut si mauis dactylo/ iambo et spõdeo siu trocheo. Secundus est choriambus trimeter saphicus: constans epitrito secundo duo.

bus. choriambis et amphibracho siue bacchio hoc modo: spretor est stulte simi-lis properans aratro. Potest et aliter metiri. vt constet trocheo/spondeo: dactylo: spondeo: anapesto et bacchio. Similis stulte quia demoribus loquimur per genitiuum. Inuia saxa per que nulla patet via.

Inuia cur sulcas: et inhospita littora stulte?
Huc ades: hic fructum spondet opima seges.
Quo periture ruis? placita est via forte sub ipsa
Fronte: sed interitum calce datura grauem.
Huc stolide inquam ad sis: ridesne salubria verba?
Ah demens quantus iam michi risus eris.
Nunc rides rectos qui monstrant indice calles:
Sed mox eterno flebis in exilio.
Si via virtutis dextrum petit ardua callem:
Difficilemque aditum monstrat ab initio.
At requiem prebet fessis in vertice summo:
Cum via sub baratri ducat amena lacum.



Inuia cur sulcas. Verba sunt ad stultum qui volens et sciens tendit ad interitū cōtemnens salutaria sacre scripture monita. Ordo est. o stulte: cur sulcas. i. findis et aras littora inuia. i. in quibus nulla est via et inhospita. i. que nemini patēt hospitio: ades. i. aduenias huc. i. in hanc partem videlicet dextrā: seges. i. terra (vt in geor. Illa seges demū votis respondet auari Agricole: bis que solē bis frigora sensit) opima: id est pinguis spōdet. i. pollicetur hic. i. in hac parte fructum scilicet futurum. O periture quo ruis. id est preceps abis. Via sap. quam tenes est forte placita sub ipsa fronte id est in primo aspectu sed datura. id est que dabit calce id est in fine grauem interitum id est ruinam. (quia dicitur prouer. xiiii. Est via que videtur homini iusta nouissima autē eius deducunt ad mortem). Cum autem per fantasiam stultus reuocari nequiret quia vt ibidem dicitur. Sapiēs timet et declinat a malo stultus transilit et confidit (ideo additur) In quam id est dico tibi o stolide id est insensate et ad peruinum sensum accedens: adsis huc idest in hanc partem. Ille vero ridere fingitur. Iuxta illud prouer. i. Despexistis omne consilium meum et increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo etc. Unde additur ridesne. i. derides-ne verba salubria. i. salutaria. Ah demens quantus risus eris tā. i. statim michi cum irruerit repentina calamitas. Tu rides nunc eos qui monstrant tibi indice. i. digito indicante, calles rectos sed flebis mox. i. paulo post in exilio. i. a patria celesti: eterno: quia ab inferno nulla est redemptio: sedet eternumque sedebit. In felix theseus etc. Si via etc. Id tractum ex opusculo maronis de litera pythagore vbi sic dicitur. Nā via virtutis dextrū petit ardua callē: difficilēque aditū primū spectātibus offert: sed requiē prebet fessis in vertice sūmo. Molle ostētat iter via la

ta/sed vltima meta. Precipitat captos voluitq; per ardua saxa. Quisquis enim duros casus virtutis amore. Uicerit ille sibi laudē'q; decus'q; parabit. At qui desidiam luxumq; sequetur inertē dū fugit oppositos in cauta mente labores. Turpis inopsq; simul miserabile transigit euum. &c. Dico ergo. Si. i. tametsi via virtutis ardua. i. difficilis petit dextrū callē et monstrat ab initio difficilem aditum. at. i. attamen ipsa prebet fessis. id est iis qui ad finem vsq; legitime certauerit/requiē in sūmo vertice. Cū via amena. i. delitiarum et voluptatum ducat in lacum baratri. i. voraginis infernalis.

Nouis et amplis vestibus iudico.
Mentis stuporem: stultitie trahens.
Insigne gestamen: sonora.
Tympana: cum auriculis aselli.

¶ Nouis. Carmē est quale nonū genus apud flaccū tricolon tetrastrophon primi duo versus sunt dacthylici alchaici trimetri catalectici. Constant enim duobus iābis vel spondeo et iambo cum syllaba et deinde duobus dacthylis. Tertius est iābicus archilochius dimeter hypercatalecticus: constans iambo vel spōdeo et iambo spondeo et iambo cum syllaba. Quartus est dactylicus alcmanicus tetrameter constans duobus dactylis et totidem spondeis sed tertio loco frequenter iambum recipit. Ordo est ego iudico. i. probo stuporem. i. inconstantiā mentis vestibus nouis. i. insolito modo formatis et amplis. i. sumptuosis trahēs scz post me: gestamē īsigne stultitie. scz tympana sonora et auriculas aselli.

Heu q̃ difficile est prauos euellere mores.
Mentibus ortorum claris natalibus atq;
Perspicuis opib[9]: si quidē sibi scua libido.
Cuncta licere putat. Pars ampla veste quaternis.
Que sat erat miser: velassāt mollia mēbra
Pars digitos gemmis onerant: pars colla cathenis.
(Ne torques dicam) nectunt gestamina furum:
Pars facibus solem conantur ab orbe fugare.
Pars noctem insomnem meretricis ad ostia ducunt.
Pars inhiant ludis vetitis: pars potibus amplis.
Nemo studet sophie: nec moribus vllus honestis.
Sicq; insigne trahit stultorum ignara iuuentus.
Uita igitur leuium cōsortia praua potentum.

Heu q̃ difficile. Argumētū huius tituli differt a titulo quarto: q: ille taxati sūt molles effeminati & leues: hic pōposi & prauis morib[9] corrupti/illic manifeste stulti hic ad stultitiā properātes. Ordo est heu q̃. i. q̃tum difficile est: euellere. i. extirpare mētibus ortorū. i. natorum prodeciū claris natalibus. id est nobili stemmate et generosa prosapia: atq; perspicuis opibus id est habentibus excellentes opes. si quidem id est quia seua libido

scilicet diuitum putat cuncta licere sibi. Pars id est ipsi partim delassant: id est vsqꝫ ad defatigationem onerant mollia membra scilicet sua veste ampla que erat satis quaternis miseris scilicet pauperibus. pars onerant digitos gemmis id est lapillis preciosis: pars nectunt colla cathenis (ne dicam torques que sunt insignia equitum) appositorie gestamina furum. id est que cathene solent esse gestamen furum quando ad suspendium trahuntur. Pars conantur fugare solem ab orbe id est vincere lumen solis facibus scilicet ante noctē accensis: pars ducunt noctem in insomnem ante ostia meretricis scilicet. Pars inhiant id est auide incumbunt ludis vetitis/scilicet tessare aut alee. Pars inhiant sup. amplis potibus. id est ebrietati. nemo studet sophie. id est sapientie. Bene autē media: vt etiā a grecis corripitur/nec vllus sup. studet honestis. id est probatis et decētibus moribus. Sicqꝫ et itainuentus ignara. i. inperita rerū trahit. i. ad se. i. paulatim induit insigne stultorum id est paulatim euadūnt in stultos. Igitur vita: consortia praua potentum. id est diuitum/leuium id est inconstantium. quia graues licet diuites vitari non deberet. Raro tamen fida contrahitur societas vbi maxima fortunarum est disparitas. Unde etiam puellis consuluit naso. Si qua voles apte nubere: nube pari.

Quisquis insolentior
Furore raptus impio nephandam.
Incutit manum bonis
Grauem a videntibus petit ruinam.

¶ Quisquis. ꝛc. Carmen est quale decimum genus apud horatium dicolon distrophon. primus enī u versus est dimeter iambicus archilochius acatalecticus Constans amphimacro et duobus iambis siue altero spondeo. Aut tribus trocheis et syllaba. Sequens trimeter iambicus hipponactius catalecticus: habēs quinqꝫ iambos cum syllaba. Ordo est. Quisquis id est quicunqꝫ insolentior scilicet ꝙ deceat esse raptus id est percitus furore impio/incutit bonis id est innocētibus manum nephandam: is suppile petit sibi a videntibus grauem ruinam id est exitum vite. Quia vt dicit. Iuuenalis. Ad generum cereris sine cede et sanguine pauci. Descendunt reges et sicca morte tyrānī.

Si dea ceca tibi subiecit regna virosqꝫ.
Quos regis: hos homines non pecus esse puta.
Nec nimi seuam populo distringe securim:
Era nec a miseris grandia posce casis:
Nam quicunqꝫ bono colaphum malus incutit vlli.
Omnibus ille bonis inuidiosus erit.
At metus insidiis subiectus: pessimus egre.
Est vite custos: nec sinit esse diu.
Proinde puer fidos vite probitate sodales.
Quiqꝫ colant dominum sponte fideqꝫ para.

**Effice preclare precio virtutis amicos**
**Qualis tam raros grecia concelebrat.**



I dea ceca. Hec satyre pars in eos inuehitur qui insolēter potentiā exercet in subditos cū tn̄ scriptū sit Sap. vi. potentes potēter tormēta patiuntur. Nihil autē insolētius est seruo aut humili loco nato cum regnare ceperit. vn̄ Prouerbioꝝ tricesimo Per tria mouet̄ terra: ⁊ quartū qđ nō potest sustinere. Per seruū cū regnauerit: per stultū cū saturatus fuerit. et per odiosā mulierē cū in matrimonio fuerit assumpta. Et per ancillā cū fuerit heres dn̄e sue. Ordo est. Si dea ceca. i. fortuna q̃ ab ethnicis putabat̄ dea: ⁊ ceca aūt qꝛ nō respicit quos exulcet/ qꝛ fortuna immeritos auget honoribꝰ iustos illa viros pauperie premit ⁊c. subiecit tibi regna ⁊ viros/ puta id ē existima hos quos regis esse homines non pecus. i. humane tracta/ nec distringe. i. noli euaginare securim seuam: populo miti id est benigno et non rebelli/ nec posce. i. non exige/ grandia era id est grādem pecuniā/ a cassis miseris. i. miseroꝝ. Nam quicūq; malus. i. malignus: incutit vili bono colaphum. i. baculum/ ille erit inuidiosꝰ. i. molestus ⁊ odiosꝰ: oībꝰ bonis. qꝛ q̃ vni homini facit iniuriā multis minatur. Sane inuidꝰ capit̄ actiue ⁊ inuidiosꝰ passiue. Inuidus est qui īuidet: īuidiosꝰ cui a multis inuidetur. Ac id est sꝫ metus subiectus īuidis (qꝛ quē multi timēt oderūt: quē oderūt expetūt perisse/ vt est apud Ciceronē videre) est pessimus custos. i. cōseruator vite egre. id est multis miseriis subiecte/ sꝫ potissimū illiꝰ/ q̃ a multis timetur/ qꝛ necesse est vt ⁊ multos timeat: vt Dyonisio tyrāno vn̄ ꝯstitit nec sinit. i. nō patit̄ eū superesse diu/ qꝛ spūs tristis desiccat ossa ⁊ oīs potētatꝰ breuis est vita. Et vt dixi. Ad generū cereris. i. ad plutona descendunt pauci reges sine cede/ ⁊ pauci tyranni morte sicca. i. sine effusiōe sāguinis. Ut Iuliꝰ cesar: vt nero vt domitianꝰ ⁊ fere alii oēs. Proinde. i. et ideo: o puer (qꝛ senex stultus incorrigibilis est) para. i. cōpara ꝓbitate. i. per ꝓbitatē vite/ aliter eīm acq̄ri nequeunt/ sodales fidos/ ⁊ q̃ colant dn̄m. i. te si fueris eoꝝ dn̄e: sponte. i. voluntarie ⁊ fide. i. fideliter. Effice precio preclare virtutis amicos sup. tales qualis grecia ꝯcelebrat tā raros. vt sūt theseus ⁊ perithous. Achilles ⁊ patroclus. Pilades et orestes. et demades ⁊ pythyas. Apud troianos Nisus et euryalus. Apud romanos Lelius et scipio.

Sunt qui pneuma sacrum cornigero singula principi
Dictauisse putant verba/ nec hinc demere litteram
Audent vel minimam: stultitiam quorum ego maximam
Sic taxo: vt vetule que superos narrat ⁊ inferos.

¶ Carmen est quale vndecimum genus apud flaccum. Monocolon. i. vniꝰ membri: qꝛ omnes versus sunt chorīambici penthametri alcaici/ constantes spōdeo/ tribus choriambis q̃ constāt ex prima ⁊ vltima longa et duabus mediis breuibus et pirrichio: qui ex duabus fit breuibus: sed vltima ꝯmunis est. Possūt etiam aliter metiri vt cōstent spondeo dactylo ⁊ syllaba: itē chorīābo ⁊ duobus dactylis. Ordo patet. Cornigero princi. i. moysi duci israhelitarū dictauisse. id ē pronunciasse per inspirationem/ vt vetule repete taxo stultitiam: que narrat superos ⁊ inferos: quia vtrosq; fabulosos censent increduli.

Esse aliquos manes et subterranea regna
Et contum: et stygio ranas in gurgite nigras
Atq; vna transire vadum tot millia cymba
Nec pueri credunt nisi qui nondum ere lauantur.
Quis superos vidit\cui sunt celestia regna
Peruia? qui genesis cunctorum cognita mosi?
Num deus vt miseros eternus torreat ignis
Protulit infernum? num celo vt terra donet
Corpora deiecit celestia numina? nunquid
Is superis labor est? credat iudeus apella
Non ego: namq; deos didici securum agere euum
Attamen insanum pecus et mens luminis expers
Eternos ignes post fata fatebere sero.

Esse aliquos manes.&c. Verba quattuor carminum sūt iuuenalis recitantis turpiter viuētium incredulitatē que huic loco vbi ad partes citamus sacrilegos & blasphemos dei & sacre scripture contemptores sunt em̄ tā duri & increduli nōnulli vt nihil quod non viderint credāt: & ita sacram scripturā dicāt ad terrorē excogitatā: quorū error olim perniciosissimus: q; et se & oēs sequaces ad eternos ignes deduxūt. Neq; vero constitui authoritatem biblie cōprobare cū ipsa veritas dixerit ne apicē quidē vnum periturum. Qui vero xp̄i veritatem negāt aut dei filium iam iudicati sūt/ & turchis detestabiliores: immo & demonibus q̄ credūt & cōtremiscūt. Reliqua sub ordine tangam q̄ talis est. Nec pueri.i. ne pueri quidē nisi qui nondū lauantur ere.i. pecunia. hoc est nisi sint tam parui vt cum parētibus intrēt balnea: nec ab eis pecunia exigatur: credunt aliquos manes.i. inferos esse & regna subterranea.i. que sit sub terris/ & contum.i. perticam qua charon portitor profunditatē aquarum percontatur & ranas nigras in gurgite stygio.i. lacu illo inferni. Quis vidit superos.q.d. nemo/ q; deum nemo vidit vnq̄. regna celestia cui sunt peruia.q.d. nulli: patent tamen iis quos pater trahit: qui.i. quomodo aut per q̄d est genesis.i. generatio et productio cunctorum scz celi & terre & que in eis sunt/ est cognita mosi qui scripsit ante hominem facta: sed nouit preterita dono spiritussancti quo prophete futura norunt. Num.i. quid deus protulit infernum vt eternus ignis torreat miseros scz mortales num.i. nunquid deiecit scz ad inferna: numina celestis.i. potestates angelicas. vt donet corpora terrea.i. terrena/ celo.q.d. minime/ quod difficile creditur: etiam augu. innuit in vltimis de ciui. dei libris. Nunquid is.i. talis labor est superis. id est celestibus. Id in. iiii. eneid. est. Iudeus apella: id est cui per circūcisionem pellis preputii ablata est. vnde sic ab horatio cuius hec verba sunt primi ser. vocatur: credat sup. hoc ego sap. non credam nam didici.s. ab epicureis et hereticis: deos agere euum securum: id est seorsum a cura eorum que fiunt in terris. Verum quidem est q̄ deus non tristetur/ immotusq; manens det cuncta moueri. Attamen: id est nihilominus

nus o pecus insanum/ꝛ o mens expers luminis tu latebere sero.i.nimis tarde vt post fatum.i.mortem: eternos ignes in quos mitis.

Neqꝫ sellam: nec calcar: neqꝫ frenum
Coemens: hoc male natum pecus emi.
Igitur nunc sine freno et sine sella
Equitans/excutior non sine risu.

¶ Carmen est quale duodecimum genus horatii monocolon ionicum saphicum a minori trimetrum acatalecticum: constans tribus ionicis a minori/que habent quaternas syllabas duas priores breues ꝛ posteriores longas. Verba sunt improuidi qui sellam non habens equum asinum emit et cum equitare nesciret excussus est cum risu. vnde in prouerbium teutonicum receptum/ex asino excussum esse: qui rem tractarit improuide. Ordo est. Ego emi mihi hoc pecus male natum. id est hunc asinum stolidum/neqꝫ id est non coemens: id est non simul emens sellam neqꝫ calcar neqꝫ frenum. Igitur ego nunc equitans: quod etiam in pertica dicimur licet ab equo dicatur. horatius. Ludere par impar equitare in arundine longa: sine freno et sine sella excutior scilicet e dorso asini: non sine risu scilicet videntium.

Accipe gens amens pecoriqꝫ simillima tardi
Cui modo supremi restat ymago boni.
Accipe que moneam nec tete nosse grauare:
Vtilius siquidem nil didicisse potest.
Dic tibi cur ratio datur et mens etheris alti:
Et quecunqꝫ poli vis tenet ampla: capax?
Nunquid quo viuas pecus expers mentis in horam
Et nil venturi per modo facta videns?
Hei mihi ꝙ turpe est post tristes dicere casus.
Non sum equidem fieri talia posse ratus
Consilium sero post factum queritur: at qui
Prouidus est: fugiat ꝙ cadat ante malum.

Accipe gens amens. Hec satyra inuehitur in improuidos in diem ꝛ in horam in morem pecoris viuentes neqꝫ quicꝙ futuri ex his que facta viderit presagientes/cum tamen vt Cicero attestatur sapiens non dicet non putabam hoc fieri posse: sed oes futuros prouidet euetus. Vnde ꝛ Salustius prius ꝙ incipias consulito ꝛ vbi consulueris mature opus est facto. Ordo autem est. O gens amens id est decors ꝛ sine mente/ꝛ simillima pecoris tardi. ad intelligendum et prospiciendum cui scꝫ genti ymago summi boni.i. dei: restat modo: id est solummodo reliqua est/qꝛ solum hominis que ymago dei est formam habens qui nihil deo aut hoie dignum operantur. Accipe inquã que moneã: nec grauare.i.ꝛ non graueris nosse tete.i.teipsum. Siquidem.i. quia certe nil.i. nõ aliquid tu non potes didicisse aliquid vtilius ꝙ scilicet nosse teipsum/vnde oraculo ascribitur ꝛ de celo descẽdisse dicitur illud aureum chilonis. verbum gnoti se auton: id est nosse te ipsum. Dic cur ratio et mens capax etheris alti ꝛ sup.

eorum quecunque ampla vis.i. virtus pol.i.celi tenet datur tibi a non pecoribus. Nunc quod sup. dicitur: quo.i.ideo ut viuas in horam.i. ad presentem horam sine respectu future existens pecus expers mentis.i. rationis/ et viuas nil.i.non aliquid non videns aliquid venturi.i. futuri per facta modo.i. paulo ante.i. per cursum et concathenationem rerum. Hei mihi quam.i. quantum turpe est dicere post casus tristes.i. postquam tristia ceciderunt: equidem non sum ratus.i.non putaui talia posse fieri. quia Consilium queris sero.i.nimis tarde post factum: at.i. sed qui prouidus est fugitat.i. precauet malum antequam cadat.i.eueniat. Unde innumera sunt exempla eorum qui per imprudentiam lapsi sunt. Ut troiani qui grecos abiisse rati capti sunt dolis. Sic et holofernis imprudentia prudentia iudith capta. Sic Julius cesar quia non ante legit litteras quas ab amicis acceperat: quam in senatum venisset: a coniuratis occisus est. Unde non est contemnenda illius vulgati versiculi sententia.

Quicquid agas prudenter agens bene respice finem.

Ah venus ad nutum trahis omnia numina tecum
 Terrigenumque genus.
Juppiter extimuit phoebusque cupidinis arcus
 Quis modo tutus erit?

¶ Carmen est quale decimumtercium genus apud Hora. dicolon distrophon. Prior versus est hexameter heroicus. Posterior est dactylicus archilochius dimeter catalecticus. hoc est constans duobus dactylis et syllaba. Principium hoc sumptum est ex enea siluio seu papa pio. Ordo est. Ah venus tu trahis tecum omnia numina.i. omnes deos/ aut omnes influentias celestes ad nutum.i. ad placitum tuum. Quia omnes fere dii gentilium amasse finguntur et trahis genus terrigenum.i. genitorum in terris ut hominum: sed et aliorum animantium ut in sequentibus dicemus. Juppiter extimuit et phebus.i. apollo extimuit arcus cupidinis.i. dei amoris qui filius veneris: et ideo quis erit modo tutus.i. ab insidiis amoris. q.d. nullus.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque
Et genus equorum pecudes: pictique volucres
In furias ignemque ruunt. amor omnibus idem
Seuus amor docuit: natorum sanguine matrem.
Commaculare manus: venus improba pergama vertit
Quid memorem phedram: quid phillida pasiphaenque
Quid de semiramidem messalinamque potentem?
Quid dicam sacro delendos igne gomorre
Et sodome similes? pudeat meminisse pudenda.
Forsitan et noceat sed amator comicus inquit.
Quid nam igitur faciam? ne nunc cum accersor et vltro
Supplicat accedam sed mori lupa deuorat agnum.

Omne adeo. etc. Uerba sunt Uerg.li.iii. geor. quibus omnia animalia per amorem furere docet. Ordo est. Adeo.i. omnino omne genus.i. degentium in terris et hominum et ferarum (Est autem hypermeter: sed sylla ba abundans absumitur a vocali sequenti) et omne genus equorum.i. degentium

tium in aquis: pecudes. i. animalia ad usum hominis domita. et volucres picte. i. variis plumis ornate: ruunt. i. precipitanter currunt in furias et ignem scz amorum. i. amor est omnibus. i. omnia amore nimio insaniunt. Unde in buc. dicit. Venus amor docuit matrem scilicet medeam commaculare manus sanguine natorum. i. filiorum suorum et Jasonis: quos in odium viri occidit venus improba. i. improbanda: vertit. i. evertit per gama. i. menia troiana propter raptam helenam. Quid merorem. i. recitam phedram filiam minois que cum ariadna theseum secuta: privigno sua per falsam delationem exitio fuit. Nam cum theseo nupsisset et hippolytum de stupro interpellasset. recusantem patri detulit et ille phocis. i. vitulis marinis equos quos agebat consternendos curavit. Unde ab illis dilaceratus est. Phillis regina thracie putans se a demophonte delusam de amigdalo se suspendit in quam mutata fingitur. Pasiphae minois regis crete uxor amore tauri incensa in ligneam vaccam arte dedali inclusa cum eo coiuit. Sicut semiramis regina babilonie cum equo et filii stuprum petiit. Messalina imperatrix mater britannici cesaris ut prostituta publica in lupanari meruit/ ubi quinto et vigesimo coitu uno die ancillam superavit. Quid dicam similes gomorre et sodome. i. contra naturam luxuriantes delendos igne sacro. i. est execrabili aut sacris legibus approbato/ ut in Auten. ut non lux. co. na. col. vi. Pudeat scz quemlibet. i. pudere debeat meminisse. i. recitasse aut cogitasse pudenda. i. abominanda/ et forsitan noceat: quia tanta est fragilitas nostra ut etiam execrandis vitiis inflammemur. Sed amator comicus ut in Tere. phedria inquit. Quidnam faciam (hoc et persius habet ne accedam nunc. i. ne nunc quidem accedam/ cum accersor a meretrice et ipsa supplicat vitro sed lupa. i. meretrix. etc.

Aues sueque leta quando tempora
Parente dante maximo
Agunt nec ulla postmodum timent mala
Quis hoc idem neget mihi.

¶ Carmen est quale decimum quartum genus apud Hora. dicolon distrophon Precedens enim versus est hipponactius trimeter acatalecticus/ constans sex iambis aut puris ut in nostris aut admissis ad loca imparia spondeis. Sequens est iambicus archilochius dimeter acatalecticus: constans vez quattuor iambis: amixto interim imparibus sedibus spondeo. Hic tamen ne in tam paucis licentia abuterer meros iambos posui. Verba sunt dementis super misericordia peccantis quod bruta nulla sint supplicia post hanc vitam quam letam/ ducunt predestinata/ cum non animadvertat iisdem etiam si innocenter vivant nulla premia predestinata. Ordo patet et verba clarescunt hoc idem scz agere leta tempora.

Ergo ne diuine bonitatis abutere dono
Stulte: nec astream sedes habitare supremas
Credis et horrendi non linquere iudicis ora?
Esto dei cunctos miseratio temperet actus.
Sitque dei proprium misereri et parcere semper:
Ergo ne sacrilegos sine vindice riseris ausus?
An quia te nondum prostravit fulmine iudex
Idcirco stolidam prebet tibi vellere barbam?

Ut sit lenta: tamen certe magna ira deorum est.
Suppliciiqꝫ moram compensant pondere tardam.
Nec tibi supreme veniam promiseris hore:
Que si contritis datur: at contritio paucis.

ERgo ne diuine. Inuehit in eos q̄ bonitate dei abutuntur: ⁊ ita in spiritum sanctum peccāt per ꝯfidētiam / negātes infernū ⁊ iusticiam dei: aut ꝯfidētes veniā dandā in nouissima hora. Cōtra quos dicitur. xciii. dist. dia. ⁊ de p. dist. vii. Nullus / sic. deus multo pronior est ad misericordiā q̄ ad penā vel vindictam nō tamē miseret eoꝝ q̄ assidue peccāt. vnde. Null⁹ expectet donec peccare non possit. Penitentia enī serotina multos solet decipere. Uis ergo euadere qđ incertū est: age penitentiam dū sanus es. Principiū nostrū sumitur ab indignatione ad quam apta est particula ergo. Ordo est. Ergo ne o stulte abutere. i. abuteris donis diuine bonitatis. i. quib⁹ nobis veniā dat deus nec credis astream. i. iusticiam quā poete astream vocāt / habitare sedes supremas. i. sūmas hoc est celestes: qꝛ secundū fabulas astrea cū ceteris diis ⁊ deab⁹ ob peccata hoīm terras fugiēs celū petiuit. Unde Ouidius. Ultima celestum terras astrea reliquit. ⁊ nō credis eam nō linquere. i. deserere: ora. i. ꝯspectum iudicis horrēdi. i. timēdi malis ⁊ venerādi bonis (vtrūqꝫ enī significat horrendū) vide licet christi cui pater dedit omne iudicium. Esto. i. ꝯcedatur sup. q̄ miseratio exsuperet oēs actus dei: qꝛ hic precipue eminet misericordia dei. Sitqꝫ. i. ⁊ ꝯcedas qđ ecclesia canit / ꝓprium esse dei misereri ⁊ parcere semper: riseris. ne. i. permittetur ne ergo q̄ riseris sine vindice. i. vindicāte: ausus. i. tuos: sacrilegos. i. deo honorem derogātes per blasphemiā. An qꝛ iudex. i. etern⁹ nondū ꝓstrauit se fulmine. (Alludo ad illud persianū. An quia nō fibris ouium: ergennaqꝫ iubēte. Triste iaces lucis euitandūqꝫ bidēntal) ideirco. i. ideo prebet ipse tibi vellere. i. extrahere ⁊ duriter decerpere: barbā stolidā. i. quā stolidus haberet si id perferret. Ut sit. i. vt cōcedamus q̄ ira deoꝝ sit lenta. i. tarda. tamen certe est magnā. vnde Uale. maximus in primo libro. Lente ad vindictā sui diuina procedit ira tarditatēqꝫ supplicii grauitate compensat. Unde addo ⁊ dii compensant morā tardam. i. tarditatem vindicte pondere. i. grauitate supplicii. Nec promiseris tibi veniē supreme: id est vltime hore in hac vita / que scilicet venia. si. i. tametsi datur cōtritis. at id est attamen / paucis datur contritio scilicet in vltima hora.

Qui cepit edes maximas habens casam
In loculis minimam: mouet vnalozils
Fabrilqꝫ risum: distrahens comam suam /
Consulat ergo humeros onus parans ferre.

¶ Carmen est quale. xv. genus apud horatium dicolon distrophon. Nam primus versus est iambicus hipponactius trimeter acatalecticus recipiens omnibus locis iambum / sed imparibus etiam spondeum. Secundus est saphicus cōstans pentimemeri heroica. i. duobus pedibus hexametri heroici cum syllaba / et dimetro iambico: sed est catalecticus qꝛ tres tātum iambi sequunt: ac duo cum spondeo eo q̄ vltima syllaba communis est. Ordo patet nec verba explanationem desiderant habens casam minimam. i. tugurium humillimum / hoc est precium siue valorem minime domus in loculis. i. in sacculis / galli a byrsa. i. corio bursam vocāt. Sic Iuuenalis satyr. xi. Nec nullū cupias cum sit tibi gobio tātū in loculis. Cōsulat. i. ꝯsiliū petat: quid ferre recusent quid valeāt humeri.

# De improuide incipientibus. Titu.xv.

SI q̄ turpe foret cepto desistere victum
Mortales iusta pendere lance velint
Non tot in excelsis opera interrupta videres
Urbibus: et mestos aufugere artifices?
Sed non parua mali nec causa est unica tanti.
Cuiqz suus furor est & sua cuiqz lues
Hunc spes q̄ posita est alieno fallit in ere.
Huncqz q̄ in seipso: nec putat esse deum.
Sic babylonis opes: sic menia laomedontis:
Sic regna assyrie sic periere Nume.
Prudens ere suo prepenso. et preside christo:
Se dignas edes edificare potest.



SI q̄ turpe foret. &c. Hec satyra scribitur in eos q̄ incōsulte edificant & opera interrupta relinquunt: & ita a viatoribus et operariis irridentur. Cui ius mali multiplex sed precipue duplex est causa. Altera q̄ spem collocant in ere alieno: aut mutuo accipiendo: aut quod deterius est surripiendo: sed vt dicitur Ecclesia. xxi. Qui edificat domum suam impendiis alienis quasi q̄ colligit lapides suos in hyeme. Et hiere. xxii. Ve q̄ edificat domū suam in iniusticia et cenaculum suum in iudicio. Altera q̄ spem in se collocant nec deum agnoscunt vnde perierunt que a nēroth & nabuchodonosor incepta sunt vt suo loco dicam. Potest et addi tertia causa q̄ multi tam stulti & improuidi sunt vt non considerent q̄tum pecunie habeant & q̄tum expendere possint: qr ita expendendum est vt annuatim aliquid supersit: propter necessitates superuenientes. Ordo est / si mortales. i. homines. velint pendere. iusta lance. i. recte estimare / q̄. i. q̄tum turpe foret victum. i. vt impotem desistere cepto. Unde iuno eneid. i. Me ne incepto desistere victam. vbi Seruius. Turpius est inquit et tristius desistere incepto q̄ non incepisse. Tu non videres id est nemo videret: tot opera interrupte in vrbibus excelsis / & tot artifices id est operarios: aufugere mestos. eo q̄ mercede fraudati si ere alieno deuixerunt. Sz non parua immo maxima: et non vnica immo multiplex causa tanti mali est. Cuiqz id est vnicuiqz est suus furor. i. error & stulticia et lues id est pernicies est cuiqz sua. Spes fallit / id est decipit hunc. q̄. id est quia ipsa spes est posita: id est locata in ere alieno. id est aliena pecunia: & spes fallit hunc. i. alium q̄ posuit supple in seipso: nec putat deum esse. Sic opes babylonis perierunt / tam ille quas habuit nēroth volēs edificare turrim vsqz in nubes / q̄ quas semiramis / q̄ quas nabuchodonosor periere. i. perierūt: & sic perierūt opes laomedōtis regis troie et patris priami qui apollinem & neptunum mercede fraudasse dicitur vnde perierunt pari iure menia troie. et regna assyrie que sub sardanapalo vt Justinus in primo dicit extincta sunt. et regna nume: id est romana sed eum quo ad religionem falsam quam numa instituit. Cetera patent.

Quid melius turdo/vulua quid suauius ampla?
Apro quid implet integro grauius ingluuiem?
Quid ve abigit tristes sine bacchi munere curas?
Sic ciemus ergo singuli pocula terna meri.

¶ Carmen est quale decimumsextum genus Horatii/dicolon distrophon. Primus enim versus est hexameter heroicus Secundus archilochius constans dimetro iambico acatalectico & penthimemeri heroica: hoc est quattuor iambis: sequentibus duobus pedibus heroici carminis cum syllaba. Possunt autem pro iambo in primo & tertio locis poni spondei. Verba sunt eorum quos comessantes videmus sumpta ex poetis. Primum carmen ex Martiale. Turdus autem auis est delicatissima/de qua idem. Inter aues turdus si quis me iudice certet. Inter quadrupedes plorta prima lupus. Vulua.i. semen factum ex vulua porcine. Apro integro Unde Iuuen. Quanta est gula que sibi totos Ponit apros animal propter conuiuia natum. Cetera manifesta sunt.

Ecce gule proceres epicuri de grege porci
Qui numerus tantum: & fruges cõsumere nati
Sponsi penelopes: nebulones: alcinoique
In cute curanda plus equo operata iuuentus
Equales calices haustu siccare parati
Potores bibuli media de nocte phalerni
Et quis summa boni est vncta vixisse patella?
Urgerent satyram describere vel cluuienum.
Nam pluris carii faciunt q̃ dogmata pauli.
Fecundi leporis sapiens sectabitur armos.
Gens pecuina necas diuine particulam aure.

Ecce gule proceres. Hec pars inuehitur in gulosos: bibones: & comedones seu epulones quorum deus est venter eorum: & qui pecuinam potius q̃ humanam degunt vitam. Nam hec est more socratico manducare: vt viuat non viuere vt manducet. Verba sunt fere ex horatio sumpta. Ordo est. Ecce.q.d. preter opinionem/proceres.id ẽ principes & precipui fautores gule id est appositorie/porci de grege epicuri.id est eorum qui summum bonum in voluptate ingluuie inconstituerunt eo in hoc licet non in sobrietate vite. Unde Horatius de se in epistolis. Me pinguem & nitidum bene curata cute. vises cum ridere voles epicuri de grege porcum: que sup. sunt. tantum numerus: scilicet sine nomine aut qui hominum numerum maiorem: sed non meliorẽ faciunt/vt illud est Horatianum in epis. Nos numerus sumus & fruges.&c. nati consumere.i. consumant non vt serant fruges.i. terre existentes sponsi penelopes.i. quales erant proci penelopes/pecuinã & penum eius potius q̃ eam procucãtes nebulones.i. inanes & fetidi vt nebula iuuentus alcinoi regis pheacum operata.i. exercita: vt Homerus scribit plus equo.i. q̃ par aut equũ esset in curãda.i. polienda & fouenda cute sez sua parati siccare haustu scilicet vno: calices equales quorum meminit ca. a crapula de vita & ho. cle. Cum ad equales bibitur po-

tus ille plus laudatur qui plures inebriat & calices fecundiores exhaurit) Potores bibuli.i.bibaces phalerni.i.optimi vini quale est phalernum in phalerno monte campanie italice nascens: & sup. illi qo.i.quib9 vt ait Persi.sat.iiii. summa boni est: vncta vixisse patella.i.pingui obsonio vt sunt manducones epulones comedones ventres parasiti.&c. Urgerent.i.cogerent vel.i.etiam cluuienu.i.imperitissimu artis versificatorie (qualem innuit Iuue. cluuienu fuisse di.sa.i. Si natura negat facit indignatio versu. Qualecunq3 potest. quales ego vel cluuienus.) describere satyram. Nam sup. tales faciut pluris dogmata catiiq3 apud Hor.ii.ser.sat.iiii. de obsoniis edendis sumpta tradit. Et dogmata pauli.i.sancti qui in epistolis comessationes & ebrietates vetat. inter dogmata catiana est fecundi leporis.&c. Ordo est. Sapiens.i.habens bonum saporem: sectabitur armos.i.humero leporis fecundi.i.superfetantis. O gens pecuina.i.in morem pecoris viuens: q3 summum bonum in voluptate corporis ponit: tu necas.id est opprimis particulam diuine aure.id est animam: vt flaccus scripsit.

Tu tibi diuitias stolidissime congeris amplas.
Negasq3 micam pauperi.
Aduenit ecce dies qua seuis ignibus ardens
Rogabis aque guttulam.

¶ Carmen est quale decimumseptimum Hor. dicolon distrophon. Prior enim versus est hexameter heroicus. Posterior iambic9 archilochi9 dimeter acatalecticus constans quattuor iambis: sed locis imparibus.i.primo & tertio recipit spondeum. Titulus de diuitiarum sollicitudine vitanda: sumpto argumento ex euangelio Luce.xvi. de diuite epulone. Unde qd hic dr de paupere: dici potest de lazaro stante etiam metro. Ad contemnendam etiam sollicitudinem reru inuitat nos alibi saluator noster dicens Mathei.vi. Ne solliciti sitis anime vestre qd manducetis neq3 corpori vestro qd induamini. Nolite solliciti esse in crastinu.&c.



Ure iterum nimie taxantur opes: etiam si
Non sint iniusta conditione sate.
Dummodo sollicito nimiu cumulant amore
Aut inspectantur letius axe poli.
Diues: in inferno quem nouimus esse sepultum:
Non cumulasse gemit sed renuisse dare.
Si tamen a nostris quem penitet hec didicisse
Audiat altisono que canit ore maro.
Aude hospes contemnere opes: & te quoq3 dignum
Finge deo: quo non dignus amator opum.
Nam qui diuitiis soli incubuere repertis
Eternum expectant sub stygr supplicium.

Iure iterum/q3 in auaros dictu est prius videret superflua hec repetitio nisi multa doceant auaroru genera: prius ergo stulti accumulatores vt iam dicti iniqui taxati sut: deinde sordidi & immundi. nam aliq precipue tenaces in pauperes: Quis in seipsos sint indulgentissimi/vt diues ille euangelicus q epu

labatur quotidie splendide / et vestiebat purpura et bysso: q̄ tn̄ in inferno sepult⁹ est: nō q̄ iniq̄ acq̄sierat / qd̄ de eo non legit̄: sz qz lazaro hulceroso. etc. ceteris pauperib⁹ partem nō posuit. Ordo est. Opes nimie. i. superflue: taxant̄. i. damnant̄ iure. i. merito itera ēt si. i. quis non sit late. i. acq̄site: iniusta cōditione. i. pacto aut forma. dummodo opes cumulant̄ amore sollicito nimiū / aut inspectant̄ ab auaris leti⁹ axe poli. i. celi. vnde sicut scriptū est mens auari semel vinculis cupiditatis astricta; semp aurū: semp argentū videt / et grati⁹ intuet̄ aurū q̄ solem: sz nec satietas vnq̄ neqz finis aderit cupiditati. etc. Diues sup. ille epulo / quē nouim⁹. i. certe credim⁹ ppter euangelicā fidē sepultū esse in inferno / nō gemit cumulasse nimis / sz renuisse dare / qz lazaro nihil impartit⁹ est. Si tn̄ penitet. i. parū videt̄. quē. i. aliquē didicisse hec. i. monita / a nr̄is. i. sacre scripture authorib⁹: audiat ea q̄ maro canit ore altisono / qz heroico stilo q̄ nos in elegiacū mutauim⁹ dicit aūt ene. vij. vbi euander ad eneam loquit̄. Aude hospes contemnere opes et tue quoqz dignū Finge deo / qd̄ sequit̄ addidi. q̄ verba multū commendat seneca: sed magis comprobat saluator nr̄ incomparabilis paupertatis amator. Ordo est. O hospes. i. enea: et ois homo in hac peregrinationis terra. aude quasi rē terribilem et preter opinionem vulgi: cōtemnere opes. i. diuitias et potentias tēporales / et finge. i. effice / quoqz. i. etiā te / dignū deo scz hercule q̄ se in has humiles lares recepit. Vnde addo. quo. i. deo / non sup. est dignus / amator. opū. nō dico possessor: vt abraham aut iob. sed amator: qz diuitie si affuerint nolite cor apponere. Traho ex eiusdem vi. Nam qui incubuere soli id est sine participe: diuitiis repertis. expectant sub styge. id est infernali lacu eternum supplicium.

Qui cupit aduersis dominis seruire duobus:
Bonaqz vtriqz sperat his fide obsequi:
Insanit seu qui lepores diuersa petentes.
Simul sub arcta vult fugare vincula.

¶ Carmen est quale duodeuigesimum seu decimumoctauum genus apud Horatium dicolon distrophon. Primus autem versus est heroicus hoc est hexameter dactilicus. Secundus iambicus hipponacticus trimeter acatalecticus: constans sex iambis: vt hic: q̄ṗ locis imparibus spondeum admittit. Argumentū est ex illo euāgelico Mathei. vi. et Luce. xvi. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odiet et alterum diliget. aut vni adherebit et alterum contemnet. Non potestis deo seruire et mammone. Ordo est. Is qui cupit seruire duobus dominis aduersis. i. inter se cōtrariis: et sperat obsequi. i. inseruire his vtriqz bona fide: insanit ceu sup. insanit is. qui vult fugare. i. fugando compellere simul. i. vno tempore et vno cane lepores scilicet plures saltem duos petentes diuersa scilicet loca / sub vincula arcta id est retia.

Quandoquidem seruire deo mortalibus egris
Expedit \ et nulli dominis seruire duobus
Aduersis datur (vt deus est et mammon auarus)
Cur stolidi fluxis inhiatis rebus iniqui
Principis \ et dominum celestis linquitis aule?
O felix mortale genus si semper haberet
Eternum pre mente bonum finemqz timeret.

# Nemo potest seruire duobus dominis.

Nunc dominantur opes\& opum furiosa libido
Cuncta audet. quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? hic prodidit ere magistrum.
Vendidit hic auro patriam\dominumque potentem
Imposuit: fixit leges precio atque refixit.

Quandoquidem. Argumentum ut dixi ex euangelio sumptum est: iuxta qd etiam dr. Eccle. iii. Cor ingrediens duas vias non habebit successus/quia qui ad vtrumque festinat neutrũ bene peragit/& ut dicit Glo. in. l. ff. c. de assess. Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Verba autẽ plurima sumpta sunt ex poetis: ut sub ordine dicam qui talis est. Quandoquidem expedit id est vtile est mortalibus egris. i. hominibus/seruire deo: quia eius agi frenis & obtemperare preceptis summa libertas est/& nulli datur id est non permittitur alicui seruire duobus dominis aduersis. i. contrariis: ut est deus & mammon. i. diuitiarum deus habitus. auarus: quia insaturabilis. Unde Iuue. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Et ideo ait Eccle. v. Auarus non implebitur pecunia. Quia inquam id nulli datur/o stolidi cur inhiatis. i. auide intenditis rebus fluxis. i. transitoriis/principis iniqui scilicet huius mundi/& linquitis dominum aule. i. regie celestis: que in eternum durabit. O felix (inquit galterus) genus mortale. i. humanum: si haberet semper pre mente bonum eternum: & timeret finem scilicet transitorii bonum: nunc. i. econtrario non summum bonum habetur pre mente: sed opes. i. diuitie & potentie dominantur: & furiosa libido opum: audet scilicet attentare cuncta imitatio est Ouidii. Creuerunt & opes. &c. O sacra. i. execrabilis fames. i. appetitio aut auiditas auri: quid. i. ad quid: seu ad qd facinus non cogis mortalia pectora. q. d. ad nihil non cogis & ita ad omnia nephanda cogis/sunt aũt verba Virg. ene. iii. Probo autem quod ad omnia coegerit: quia hic ut iudas scariothes prodidit ere. i. triginta argenteis magistrum scilicet christum dominum Hic. i. alius vendidit auro patriam ut lasthenes qui olinthum philippo regi macedonum vendidit: & curio cesari viginti septem milibus aureorum roman. de quo Lucan. Gallorũ captus spoliis & cesaris auro & imposuit dñm potentem ut cesarem. Et sup. alius: ut marcus antonius scdm Ciceronem in philippicis fixit. i. affixit parieti aut albo pretoriis: Leges scz sculptas in es precio. i. inductus precio: & refixit id est iterum deposuit precio. id est ab alio cui oberant accepto.

Linguam dicacem qui potest suis labris
Vinctam tenere ut nemini malum afferat
Vicit labores herculis: sed obstrepens
Ut pica nidum: se loquax vir indicat.

¶ Carmen est quale vndeuigesimum seu decimumnonum ac vltimum genus apud Hor. ut post monocolon habens versum iambicum hipponactium trimetrum acatalecticum/qui constat ex iambis sed locis imparibus. i. primo tertio & quinto etiam spondeum recipit. Scribitur in garrulos & dicaces: quod proprium est fatuorum quos a fando dictos volunt. Quantum autem periculosum sit vitium loquacitatis docet sapiens prouer. xiii. dicens. Qui custodit os suum custodit animam suam qui autem inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. Unde & illud Virtutem primam esse putat compescere linguam. Nam nulli

tacuisse nocet: nocet esse locutum. unde et naso. Et quandoq; nocet omnia vera loqui. Ordo patet de laboribus herculis alibi dicemus. Pica ⁊ sorex obstrepens prodit nidum suum et vir loquax indicat se: id est stulticiam suam.

Qui geminis linguam claustris vincire loquacē
 Noverit: is vires vicerit herculeas.
Nam quecunq; fere libye deserta pererrant.
 Subiectas nostro novimus imperio
Sed fera lingua velut caprificus clausa teneri
 Ore nequit fatui dentibus atq; labris.
Virtutem primam esse puta compescere linguam.
 (Magnus in exiguo codice doctor ait)
Nam nulli tacuisse nocet: nocet esse locutum
 Et quandoq; nocet omnia vera loqui
Vis sapiens dici: digito compesce labellum.
 Vivere vis insons: os bene claude tuum.

Qui geminis. ⁊c. Taxantur fatui qui linguam suam frenare nequeunt quorum plurima turba. Omnis enim (inquit iacobus) natura bestiarum ⁊ volucrum ⁊ serpentum ⁊ ceterorum domantur ⁊ domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest unde qui eam domuerit herculeos vicerit labores: qui omnia monstra domuisse dicitur: ut hydram serpentem aquatilem cui amputato uno capite gemina obnascebantur: sed tandē cūcta excussit: taurum ferocientem: aprum indomitum: leonem rabidum: quos carne humana vescentes: draconem pervigilem: antea ⁊ cacum immanissimos tyrannos: ⁊ sexcenta alia monstra. Cetera sub ordine dicam qui talis est. Qui noverit vincere linguā loquacē geminis claustris. i. clausuris dentium ⁊ labiorū (et ita sit om̄is homo velox ad audiendū ⁊ tardus ad loquendū: cū binas aures et eas patulas habeamus ⁊ unicā linguā ⁊ eā geminis seris arctā) is vicerit vires herculeas. Nā quecūq; fere pererrāt deserta lybie ubi plurime sunt: novimus sup. eas esse subiectas nostro. i. humano imperio ut dr iaco. iii. sed lingua fera. i. indomita nequit teneri ore fatui clausa dentibus atq; labris: velut sup. nequit clausa teneri caprificus. i. ficus silvestris cuius radix etiā si in muro clausa fuerit exiet: unde persius. Rupto iecore exierit caprificus. Magnus doctor: qz multa bona docet quisquis est: q̄ a mācinello cato ꝓdicatur / licet quedā apposita sunt ab aliis: ait in exiguo codice: puta. i. existima o fili: cōpescere linguā: esse primā virtutem. Nā nulli nocet tacuisse: qd intelligitur de iis qui tacere possūt: qz canes illi muti qui videntes lupum non latrant. i. curā aīarum habentes ⁊ eas nō docentes nec curātes: sed se. nō impune ferent tacuisse / nocet aūt multis esse locutum: ⁊ ut ovidius dicit nocet quādoq; loqui. i. dicere omnia vera: ut occultorum criminum revelatoribus. suorū facinorū iactatoribus. ⁊c. Vis igitur dici sapiēs compesce labellum. i. claude os digito. i. tace: qz ut dicitur proverbio. xvii. Stultus si tacuerit sapiens reputabitur: et si tu vis vivere innocens: claude bene: id est decenter ubi ⁊ qn̄ de quibus oportet os tuum: qz ut dicitur iacobi tercio.

Si quis in verbo non offenderit hic perfectus est vir. Et prouerbiorū. xxi. Qui custodit os suum et linguam suam: custodit ab angustia animam suam.

Qui proprium / inuenti dominum se iudicat auri

Celans ne vero restituatur hero:

Iure potest dici tentor seu fur alieni.

Et laqueis genii stringitur vsq; mali.

¶ Carmen est quale primum apud boetiū de ꝯsolatione philosophie: dicolō distrophon. prior em̄ versus est hexameter heroicus posterior pentameter elegiacus. quibus alternis fere vtimur. Constitui aūt post horatiana carminū genera: boetiana ⁊ persiana: qui vt si quādo hec legāt iuuenes etiā carminū varietates vt a perotto describūtur hic discere possint. Celans ne restituatur vero hero. i. domino seu possessori: immo aut fundunt aut transformant ne agnoscātur. tentor seu fur alieni: q2 vt dicit. xiiii. q. v. Si quid inuenisti ⁊ non reddidisti: rapuisti. Vnusquisq; em̄ scire debet quod suum non est ad alium pertinere. i. cum querebatur. c. vnde vl. genii. i. spūs mali ad exercitationē dū nascerent dati: q2 sicut diuus hieronymus dicit nascentib9 binos dari spirit9: alterū ad bonum cohortaturū ⁊ a malo dehortaturū: alterū econtrario a bono ad malum instigaturum: ita Seruius dicit in quintum eneid. cuilibet duos genios dari.

Astream redijsse putes et regna bifrontis

Falciferiq; senis propria si forte videres

Contentos homines: videas in aratra secures:

In falcem gladios fabrili vertier arte

Nunc male suada fames et dira litis potiundi

Omnia subuertit diuina humanaq; iura

Iam nulla iniusta est possessio \ si modo verus

Non occlamat herus. si quos offenderis vsq̄

Thesauros: trepidas furtimq; sub horrea portas

Risurus modico fleturus tempore magno

Redde igitur domino quod forte inueneris: hunc si

Nescis \ doctores cui tradas consule iustos

Astream redisse. ⁊c. Sensus est si tanta regnaret inter mortales iusticia / quanta certe deberet: vt etiam inuentis ⁊ repertis abstinerent aut ad veros dominos referrent putarem9 iusticiam redisse in mundū ⁊ aurea secula que sub saturno ⁊ iano fuisse dicuntur. Unde maro in buc. Iam redit ⁊ virgo (scz astrea) redeunt saturnia regna. de quib9 eneid. viii. Primus ab ethereo venit saturnus olympo. Arma iouis fugiens ⁊ regnis exul ademptis. Is genus indocile ac dispersum montibus altis. Composuit: legesq; dedit / latiumq; vocari Maluit. his quoniam latuisset tutus in oris. Aureaq; vt perhibeant illo sub rege fuere Secula sic placida populos in pace regebat. Deterior donec paulatim ac decolor etas / et belli rabies: et amor successit habendi. Ordo est. Tu putes: id est quilibet putare possit. Astreā. i. iusticiam redisse. s. celo in terras: ⁊ regna senis bifrontis. i. Iani. qui tūc regnabat

in italia cū saturn⁹ in eā pro fugeret ⁊ regna senis falciferi.i.saturni: hoc est au rea si videres hoīes contentos porcia sorte.i.possessionem a deo in sortem datā tu simul videres secures/quib⁹ colla tarū nūc secant: vertier.i.verti ⁊ conflari in aratra.i.ferramenta aratrorum ut in dentalia ⁊ vomeres ⁊ gladios vertit arte fa bzili in falcē. Nūc.i.econtrario hoc tp̄e fames male suada.i.malū suadens: ⁊ si tis dira.i.execrabilis ⁊ deorum ira nata: potiundi.i.rerū/ subuertit oīa iura diui na ⁊ humana. Nulla possessio est iā iniusta si mō ver⁹ herus nō declamat.i.nō contradicit: q᷑ nescit q̄s habeat: si offēderis.i.casū inueneris vsq̄.i.quouis loco et sacro quos.i.aliquos thesauros: tu trepidas pre auaricia/ ⁊ portas eos furti.i. furtiue: sub horrea.i.in thesauros tuos: portas dico risur⁹ modico tp̄e: q᷑ auar⁹ aurū gra⁊i⁹ intuetur q̄ celū: vnde.i. ser. ait auar⁹ apō Horā. ppl's me sibilat: at mihi plaudo.ip̄e domi simul ac nummos contemplor in arca/ fletur⁹ magno tp̄e q᷑ eter no. Igitur ne fleas/ redde dn̄o id qd̄ inueneris forte.i.a casu: q᷑ inuenire est aliq̄d parere. vnde flacc⁹. Querit ⁊ inuētis miser abstinet. Et si nescis huc.i.dn̄m: cō sule doctores iustos.i.bone conscientie vt scias cui tradas. Angel⁹ sup insti. de re. di. in fine: vult pauperibus erogandū: sed tutius est vti consilio prudentium.

Qui bona rite docet sed male viuit:
Est stulti similis: cui bona nota est
Semita quam monstrat: sed miser heret
Sordibus obscenis/ inuia sectans.

¶ Carmen est monocolon quale scd̄m genus apud Boet. Est eñ versus alcma nius tetrameter hypercatalecticus constans pentimemeri dactylica.i.duob⁹ pe dibus hexametri heroici cum syllaba/ ⁊ deinde dactylo cum spondeo seu trocheo. Scribitur in eos qui alios docent ⁊ ipsi male faciunt/ qui aliorum vitia vident ⁊ sua dissimulant: in quos dici solet medice cura teipsum: vt vero in decretis pa trum habetur/ si tu ita facis bene docendo ⁊ male viuendo deū instruis quomo do te condemnare debeat. De his est etiam illud euang. Eiice trabem de oculo tuo priusq̄ festucā de oculo fratris tui: vnde ⁊ flaccus in.i.ser. Cum tua nō vi deas oculis mala lippus inunctis. Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum q̄ aut aquile aut serpens epidaurius? Nihil in carmine obscurum est.

Ultra sauromatas fugere hinc libet et glacialem
Oceanum: quotiens aliquid de moribus audēt.
Qui curios simulant et bacchanalia viuunt.
Fronti nulla fides/ quis enim non vicus abundat
Tristibus obscenis? castigas turpia cum sis
Inter socraticos notissima fossa cinedos
Loripedem rectus derideat ethiopem albus.
Turpe est doctori si culpa redarguit ipsum
Accusans alios vacuus culpa sit eadem
Et crebro inspiciat que prodit mantica tergo
Ut trabe de proprio sub tracta lumine: vellat
Ex oculo fratris festucam: et se quoq̄ curet.

# De bene docentibus & male viuentibus.



Ltra sauromatas. verba septem primoꝝ carminū sūt Iu. saty. ii. in eos q̄ cū turpiter viuant alios acriter increpāt. principiū aūt in hypocritas est: vt patz si sic ordinem construe. libet sup. mihi inquit Iu. fugere hinc. i. ab hoc loco vbi sum (erat autem rome) vltra sauromatas. i. ppulos illos q̄ superiorem asie partem occupant q̄ ad boream conspicit iuxta meotidem paludem: & vltra oceanum glacialē. i. vltra zonam frigidam sub septemtrionem aut antarctico polo / quotiens illi qui simulant curios. id est se ostentant castissimos & maxime sobrios viros / qualis erat marcus curius dentatus (qui legatis samnitium aurum ingens offerentibus cum ipse in foco rapas torreret. mirantibus inquit malo hic vesci & aurum habentibus imperare q̄ aurum possidere) & viuunt. i. viuendo occulte imitantur bacchanalia. i. vitia eorum qui dum bacchi orgia agerent noctu promiscue masculi cum mulieribus conuenientes innumera stupra preter crapulam & ebrietatem admittebant. Audent sup. dicere aliquid de moribus. Sed nunc multi sunt hypocrite vnde addit. Nulla fides. i. infidelitas est fronti. i. exteriori apparentie. quis enim vicus non abundat. q. d. nullus non. i. omnis vicus abundat tristibus. i. seueris in verbis / & obscenis. i. turpibus in factis. tu castigas turpia scilicet facta cum sis fossa notissima. i. sentina turpitudinis: inter cinedos. id est pathicos viros: socraticos. i. qui se socratis qui castissime & sanctissime vixit & docuit imitatores mentiuntur quod tamen non decet vnde sicut alterum deridere liceat: decentius sit: vt rectus. i. recte incedens. i. bene operans (nam per pedes sepe opera figurantur) derideant loripedem. id est intorta crura habentem et praue operantem. Et albus. i. totus mundus ethiopem. i. manifeste nigrum. i. vitiosum. Hactenus Iu. Turpe est inquit Cato si culpa redarguit doctorem. i. siid manifeste fecit qd̄ aliis vitio dat quod & Ambro. in offi. & fere omnes attestantur vnde addo ex Cicerone in salustium. Accusans alios sit vacuus eadem culpa scilicet cuius alium arguit. & inspicias crebro ea. id est propria vitia que mantica prodit. i. ostendit tergo. vnde in apologis esopi dr̄ quilibet habere manticam cuius duplex est sacculus & in anteriorem reponere vitia aliorum que crebro videt in posteriorem ppria: vnde catul. Sed non videmus mantice quod in tergo est. & i. offi. Cic. Nescio quomodo fit vt magis in aliis cernamus q̄ in nobismetipsis si quid delinquit. cetera patēt.

Si quem discussa liquerunt nocte tenebre
Luminibusq3 prior redit vigor
Audiat etherie sapientia verba minerue
Que didicitq3 capax: faciat bonus.

¶ Carmen est quale tertium genus apud boetium (vt de duo priore versus sumpti sunt) dicolon distrophon: prior versus hexameter heroicus / posterior alemanius dactylicus tetrameter acatalecticus / quattuor integris dactylis constans. Admonitio ad philosophiam cuius stulti sunt contemptores. Unde sapientia prouer. i. Sapientiam atq3 doctrinam stulti despiciunt. Et rursus. Usq3quo paruuli diligitis infantiam & stulti ea que sibi sunt noxia cupient: & imprudentes odibunt sapientiam. &c. Ordo est. Si tenebre sez ignorantie liquerunt quem. i. aliquem & hoc nocte. i. vehementi caligine mentis discussa. i. pulsa per lucida interualla. & prior. i. pristinus vigor mentis redit luminibus. i. oculis mentis aliter non esset capax. Audiat verba sapientia minerue. i. sapientie etherie. i. celestis & que ipse capax quia beniuolus didicit: faciat bonus.

Discite et o miseri causas cognoscite rerum\
Quid sumus: aut quidnā victuri gignimur: ordo
Quis datus aut mete\q̄ mollis flexus: et vnde.
Quis modus argento: quid fas optare: quid asper
Utile nummus habet patrie charisqꝫ propinquis
Quantum elargiri deceat\quem te deus esse
Jussit et humana qua parte locatus es in re.
Disce neqꝫ inuideas q̄ multa fidelia putet
In locuplete penu. Sapientia vincit et aurum
Et gemmas: per quem reges regno potiuntur.
Nil deest optandum si cui sapientia presens
Nil habet optandum si cui sapientia desit.

Discite. ⁊c. Uerba sūt persiana quibꝰ cohortatur ad sapientiā: ⁊ paucis ꝯplectitur que maxime scire expediat: vt sub ordine tangā q̄ talis est. O miseri. i. miserandi mortales discite ⁊ cognoscite causas rerum: sine quibus nil scimus qꝫ auctore aristotele scire est causas rei cognoscere et tūc arbitramur vnūquodqꝫ cognoscere q̄n causas eiꝰ cognoscimꝰ. discite qd sumus: qꝫ secundū horatium in arte poetica: puluis ⁊ vmbra sumꝰ. ⁊ scd̄m fide cinis sumus ⁊ in cinerem redibimꝰ: vnde nō est nobis occasio superbiēdi: aut quidnam. i. ad quid gignimur victuri. i. ad quem finem: qꝫ vt aristoteles censet finis cuiusqꝫ rei est optima eius operatio. Gignimur ergo vt deum obseruemꝰ sicut inferiora nobis vt nobis famulentur. Quis ordo datus. i. a natura (quia dari ad deum ⁊ naturam pertinet. vnde miles ille terentianus. Est mihi hoc datum vt grata sint que facio oīa) naturalissimū aūt est auctore philosopho: vt inferiora obediant superioribus. Maneat ergo quisqꝫ in vocatione sua: qꝫ potestas a deo est: aut discite q̄. i. q̄tum: mollis. i. facilis sit flexꝰ. i. declinatio: mete id est a meta constituta nobis. i. a vero bono ad qd̄ omnes currere debemus: et vnde. i. a quo sit flexus. i. declinatio qꝫ ab incōmutabili. i. bono ad cōmutabile. vnde quia nihil tristius q̄ discedere a deo: in capite maledictionis eterne dicet deus. discite a me. Quis: id est que mensura sit argento: quid sit fas optare de quo alibi dicemus. quid nummus asper in acquirendo et possidendo: habet vtile: quia possumus facere nobis in celo amicos de mammona iniquitatis: et difficile est indigentem bene operari q̄tum deceat elargiri. i. impartiri patrie et amicis charis: quem. i. cuius status deus iussit te esse ⁊ in qua parte. i. conditione locatus es: qꝫ ꝯstituendū est in primis qui ⁊ quales esse velimꝰ ⁊ in quo genere vite: in re. i. p̄senti disce inq̄ quis sis es neqꝫ inuideas. i. per superbiā q̄ mater est inuidie: q̄ multa fidelia. i. vas fictile fideliter ꝯseruās in ea ꝯseruādū putet. i. feret tibi in penu. i. ī penario. locuplete. i. abūdāter. Cetera sūpta sūt ex verbis salomonis: per me reges regnāt. Et venerūt mihi pariter oīa bona cū illa.
Huc omnes pariter venite capti.
Fortune laqueis videte casum
Confidentis heri domus superbe

Qui sperans requiem gemit ruinam.

¶ Carmen est quale quartum genus apud boetium monocolon versus est ex dactylicus phaleucius pentameter hendecasyllabus: constans spondeo dactylo & tribus trocheis. Admonentur hoc carmine nimium fortune aspirationibus confidentes ut casus aliorum videant. Nam ut flaccus in epistolis ait. Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet et vulgato dicitur versiculo felix quem faciant aliena pericula cautum. Fere autem usu venit ut longa prosperitate cecati tandem grauissimam faciant iacturam. unde recte dicit boetius: nihil esse infelicius q̄ semper fuisse felicem. Primus versus hic est boetii. Ordo est. O vos omnes capti laqueis fortune: venite huc: videte casum heri: id est domini hoc est possessoris domus superbe: confidentis: id est in ea: qui sperans requiem: gemit: id est plorat ruinam.

Heu fortuna quis est deus in nos seuior ac tu
Que regis instabili gaudia nostra manu:
Sospes eram et felix et scrinia diuitiis auri
Plena reseruabant tecta superba mihi
Nil unq̄ aduersi perpessus regna tonantis
Vix mutauissem conditione mea
Denique contempsi celestia numina pre me
Sic dicens anime nunc epulare mee
Est mihi perspicuis fundata pecunia villis.
Horrea turgescunt: luxuriatque pecus
Ecce manus domini: nunc flammis discutit edes
Horreaque: at dira meeque meosque lue.
Quo circa rebus dum sors blanditur iniquis
Noueris interitus accelerare tuos.

Heu fortuna. Verba sunt eius qui prius in diuitiis suis confisus erat ut ille euã̄. Luce. xii. qui dixit anime sue. Anima habes multa bona posita in annos plurimos quiesce comede bibe epulare: dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te. Que autem parasti cuius erunt. Sic est qui sibi thesaurisat & non in deum. Hec ibi. Neque est contra decorum q qui stultus fuit & cecus in prosperitate/aliis bene consulat in aduersitate: quia mala que nos hic premant ad deum nos ire compellunt. Et reddunt oculos aduersa quos abstulerunt prospera. Nullus autem de continua prosperitate gaudere debet: quia ut dicit Augusti. Successus humane prosperitatis verum indicium eterne damnationis est. Principium carminis nostri sumpsim⁹ ex fine serm⁹onum Horatii ubi sic dicitur. Heu fortuna quis est crudelior in nos te deus ut semper gaudes illudere rebus humanis. Regna tonantis. i. iouis aut dei patris. Ordo illius est (nam ceterorum ordo patet) vix mutauissem. i. per commutationem accipere voluissem regna tonantis conditione mea. i. pro statu vite mee tam beatus mihi videbar. celestia numina. i. beatos spiritus: pre

me. i. in comparatione mei. Est mihi. &c. Jd horatius in epistolis sic dicit. Uos solos aio sapere et bene viuere quorum conspicitur nitidis fundata pecunia villis. Horrea turgescunt. i. inflantur eo q̃ tam plena sunt vt capere nequeāt. vnde dicit luce. xii. Destruam horrea mea ⁊ maiora faciam. Et Maro. Illius immense ruperunt horrea messes. &c. Luxuriat. i. letissimum est ⁊ optima habitudine. Ecce. q. d. repente preter opinionem. Iniquis sicut dictum est de mammona iniquitatis quia non sunt homini digne. Accelerare/quia cum dixerint pax et securitas: nunc repentinus superuenit primo thessa. v.

Qui stelliferum viribus axem
Terrasq; omnes ferre laboro:
Diuos superos atq; profundos
Haud me noscens noscere curo.

¶ Carmen est quale quintum apud boetium monocolon anapesticum pindaricū dimetrū acatalecticū/capiēs p̃mo loco anapestū vel spōdeum: secūdo anapestum vel spondeum: tertio dactylū/quarto spondeum. Est in vanas curas hominū qui omnia inquirunt cum seipsos ignorent/vnde sicut athlas celū portare dicitur q; celoꝝ cursus anxie inquisiuit tales curiosi oīa scire volētes celū et terras in humeris ferre vulgo finguntur. Ordo est. Ego qui laboro ferre viribus scꝫ meis axem stelliferū. i. celū ⁊ terras omnes/curo. i. curiose attento noscere diuos superos atq; profundos. i. inferos: haud noscens meipsum. Contra quem est illud quod de celo descendisse dicitur nosce teipsum. Uide sequentia.

O Curas hominum: o q̃ntum est in rebus inane:
Nosse volunt stulti: quid agant super ethera diui
Quid dis: quid manes: quid iupiter egerit ante
Q̃ faceret mundum\ vel cur non ante crearit:
Tempore quo claudent supremum sidera cursum.
Uel cur non plures celorum fecerit orbes.
An plures mundos alio sub sole repertos
Credendum: vel quo dicantur patre creati:
Trans zonam exustam quicunq; colunt regionem.
Idq; genus multas satagunt inquirere nugas
Extra se positas et supra: cum tamen extet
Hic nihil vtilius q̃ semet noscere quemq̃
Atq; ad mensuram sapere: et que scire tenetur.

O Curas. &c. Inuehit in eos q̃ nimia curiositate nihil ad salutē aut vitā eternā facientia rimātur: ⁊ se atq; salutaria oīa negligūt. Cōtra quos dicitur. Altiora te ne quesiueris. Et fortiora te ne scrutat[9] fueris. Sꝫ que precepit tibi deus: illa cogita ⁊ in plurib[9] reb[9] eius ne fueris curios[9]. Nō est enī tibi necessarium ea que abscondita sunt videre oculis tuis. &c. Quocirca bene nos monet apostolus sapere ad sobrietatē: ⁊ nō plus q̃ oportet. Primus versus est sumptus ex persio satyra p̃ma. Ordo est. O curas hoīm scꝫ. vanas et inutiles: o quantū inane est in reb[9] scꝫ humanis. Stulti scꝫ hoīes curiosi vo-

lunt nosse. i. scire: quid divi. i. spiritus celestes agant super ethera. Quid dis. id est pluto agat. i. apud inferos: et quid manes agant illic. Quid iupiter. i. iuuans pater deus verus qui vere dicit iupiter. egerit anteque faceret mundum vel cur non crearit mundum ante. i. prius. que questio potuisset moueri secundum Augu. si centum mille annorum prius fecisset ab illis qui paulo post creationem nati fuissent. Nosse etiam volunt quo tempore sidera claudent. i. finient supremum. i. vltimum cursum id est quando finietur mundus. Contra quos dictum est non est vestrum nosse tempora et momenta que pater posuit in potestate sua. Vel cur deus non fecerit plures orbes celorum. Et an credendum sup. sit plures mundos esse repertos sub alio sole. quod cum alexander magnus a democrito didicisset: ingemuit quod nondum vnius factus esset dominus. Vel quo patre dicantur creati. quicunque colunt regionem trans zonam exustam. i. torridam. Nam negant quidam hinc ad illos posse transmeari: et tamen natura illam temperiem non frustra produxerit. Sed longe errant de zona media phi. quod ne in his stultis sim indagare nolo. Et satagunt inquirere multas nugas. i. res friuolas nihil ad salutem agentes: id genus per eius generis positas extra se: cum dictum sit nec te quesiueris extra: et supra, cum scriptura dicat altiora te. etc. Cum tamen nihil sit vtilius hic: id est donec hic viuimus ac id est quod quenque noscere se: et sapere ad mensuram: et ea que tenet scire.

Quisquis debita contrahit:
Acceptans sibi mutuo
Vesi terminus ab lupo
Absumatur: iners perit.

Carmen est quale sextum apud boetium: monocolon. versus enim est gliconius choriambicus trimeter acatalecticus. Constans spondeo choriambo et perhichio seu iambo: aut spondeo et duobus dactylis. Res autem videntur interdum obscure: et non respondere picturis seu figuris, quod adagia teutonica non semper latinis correspondent. Verbigratia teutonicum prouerbium est. lupus non est terminus. eo quod terminus duo significat et finem temporis: et limitem agri. Et dicitur in eos qui spe dilationis pluris emunt quam vendant aut quam res valeant: aut qui fenerantur seu ad vsuram mutuo accipiunt: aut qui liberaliter mutuo data inutiliter absumunt: quos fere sequitur paupertas et miserabilia dico fere: quia locupletes factos noui: qui illis pecuniis alias res emerunt quas ante diem longe pluris vendebant. Carmen nostrum apertum est.

Quisquis pluris emit quam vendat: et ampla reponit
Fenora\ quod longum censet abesse diem.
Errat: et ignauo dum dormit debita crescunt
At dilata dies nil nisi damna refert.
Nam quicunque frequens rem querit mutuo habere.
Aut probrum aut damnum queritat ipse sibi.
Pauperies comes est alieni iugiter eris
Nec libertatem qui capit era\ tenet
Nec reor hunc sanum qui stulto plurima credit\
Qui non soluendo spondet opima lucra.

**Sed que de domini manibus suscepimus omnes**
**Tempora\cum iusto sunt referenda lucro.**



Q[u]isquis. &c. Teutonicis (vt dixi) adagiis taxantur q̄ spe dilationis aut mutuo accipiunt aut ad vsuram q̄ vix referre poterunt: q[uia] qui nõ est hodie cras minus aptus erit. Vñ moses consulit exodi. xv. iudeo dicens. Ipse a nullo accipies mutuũ. Causam videt afferre sapiens Prouer. xxii. dicens. Diues pauperibus imperat: et q̄ accipit mutuũ: seruus est fenerãtis: iniqui aũt mutuo accipiũt q̄ nunq̄ reddere constituunt. Unde psal. xxxvi. Mutuabitur peccator et non soluet: iustus aũt miseretur et tribuet. &c. Stulti vero et improuidi accipiũt que nunq̄ reddere possunt decepti spe solutionis differende: ob quam aut pluris emunt aut plus fenoris p[ro]mittunt: vt sub ordine patebit. Ps aũt talis est. Quisquis emit pluris. i. maiore precio q̄ vendat et reponit. i. persoluit fenora: ampla. i. magna sup. eo q[uod] censet. i. iudicet diem. i. satisfactionis abesse longũ. i. per longum t[em]p[u]s. Est autem aduerbium t[em]p[or]is: longe loci: vt ibi. Et longũ formose vale: vale inquit iola. Errat. i. decipitur: a. i. q[uia] (vt sepe apud doctos auctore Valla) debita crescunt ignauo. i. nihil operanti: dum dormit: at dies dilata: nil refert nisi damna: q[uia] si non esset dilatio studeret diligentius accumulare vnde satisfaciat. Nam quicunq[ue] querit frequens. i. frequenter habere rem mutuo: ipse queritat. i. etiam frequenter querit sibi aut probrum. id est dedecus si minus aut dumtaxat tantundem reddit aut damnum si plus aut melius q̄ acceperit. Pauperies. i. damnum est comes iugiter. i. perpetuo eris alieni: q[uo]d inter aurea chilonis verba est. Nec is qui capit era scz ab vsurariis tenet libertatem: q[uia] fit seruus eius. Nec reor. i. arbitror h[un]c sanum qui credit plurima. i. plurimas res stulto: qui scz stultus existens non soluendo id est qui non queat satisfacere: spondet. i. promittit: lucra opima. i. pinguia fenora: quod Hora. ii. sermonum docet. Sumus autem fere stulti quia que de manu domini suscepimus bona inutiliter ob dilationem mortis que tamen incerta est expendimus. Unde sequitur admonitio moralis. Sed que. &c.

Da magne diuum/si pios audis/pater
Ut fiat aurum quicquid attingam mihi.
Midas id amens a deo non dextero
Est assecutus: at periuit mox fame.

¶ Carmen est quale octauum apud Boe. monocolon. Est aũt versus iambicus hipponactius trimeter acatalecticus recipiens omnibus locis iambum: quẽ tñ locis paribus admittit/et tñ Boe. in fine trocheum seu spondeum offendi: quẽ in primo tercio et quinto loco spondeum in sexto vero iambum. Argumentũ est in stulta hominum vota. Quale erat mide regis frigum qui exorans deum vt quicquid contingeret aurum fieret: q[uia] cibus et potus omnia in aurum versus est: inedia et siti extinctus est. Preces mide sunt. O magne pater diuum si audis pios: da vt quicquid attingem mihi: fiat aurum. Midas amens. id est sine ratione precans est id assecutus: a deo non dextero. i. non fauente: q[uia] exaudiuit ad votum non ad salutem. at id est sed periuit mox. i. paulopost fame.

**Q uis poterit stultis temeraria pellere vota.**
**Qui nocitura togis nocitura precãtur in armis**

Nil ergo optabunt homines? si consilium vis.
Permittes ipsis expendere numinibus quid
Conueniat nobis rebusqꝫ sit vtile nostris.
Nam pro iucundis aptissima queqꝫ dabunt dii.
Charior est illis homo q̄ sibi. nos animorum
Impulsu ⁊ ceca magnaqꝫ cupidine ducti.
Coniugium petimus\partumqꝫ vxoris: at illis
Notum qui pueri qualisqꝫ futura sit vxor:
Ut tamen ⁊ poscas aliquid voueasqꝫ sacellis
Orandum est vt sit mens sana in corpore sano
Fortem posce animum mortis terrore carentem.

Quis poterit. Carmen' hoc tn̄ preter primū versiculū ⁊ partē secundi est. Ju. sat. x. in qua vbi late docuit stultissima hoīm vota/cū q̄ fere petant et in pace ⁊ in bello nocere experiant: vt magna vis auri ⁊ argenti: magnū corpis robur: magna facundia grandis etas egregia forma: formosi liberi: magna imperia ⁊ silia: qꝫ multi pter hoc perierūt aut mala passi sunt. Ob diuitias vt premissim⁹ midas ⁊ innumeri a tyrannis occisi: ob vires milo qui se ad arborē semiscissam a vento cū perscindere moliret intercius⁹ est ⁊ feris exposit⁹: ob facūdiā Cicero ab antonio occisus ob etatē nestor ⁊ priam⁹ oīa mala experti ob formitatem lucretia stuprata ob formā liberorū q̄ filios furcis ⁊ filias pstibulis ob formā addictos viderūt. Ordo est. Quis poterit pellere vota temeraria stultis .s. a stultis q̄ precant nocitura togis. i. in pace ⁊ nocitura in armis. i. ī bello. Sz dices: qꝫ vtroqꝫ tpe nocitura petunt: ergo hoīes nil optabūt. s. a deo. Respōdet id qd̄ apud Val. Maxi. li. vii. c. vii. de sapienter dictis ⁊ factis de socrate legitur Socrates humane sapientie quasi quoddā terrestre oraculū: nihil vltra petēdū a diis immortalib⁹ arbitrabat q̄ vt bona tribuerent: qꝫ si demum scirent qd̄ vnicuiqꝫ esset vtile. nos aūt plerūqꝫ id votis expetim⁹ qd̄ nō impetrasse meli⁹ foret ⁊c. dicit ergo Ju. si vis consilium. s. a me tu permittes ipsis numinib⁹. i. diis expendere. i. iudicare: qd̄ conueniat nobis ⁊ sit vtile rebus nostris. Nā dii dabūt nobis aptissima queqꝫ. s. maxime vtilia p iucundis. i. loco delectabiliū hō est charior illis. s. diis q̄ s. bi: nos ducti impulsu animor ⁊ ceca ⁊ magna cupidine petim⁹ coniugiū. i. coniugem ⁊ partū vxoris. i. liberos: at notum est illis. s. diis q. s. quales pueri sint futuri ⁊ qualis vxor sit futura/ vt tn̄ poscas aliquid ⁊ voueas aliquid sacellis. i. templis. Orandum est. ⁊c. vt sit sanitas anime ⁊ corporis.

Nubibus atris
Mens fatuorum
Condita nullum
Cernere lumen
Rite valebit
Hinc studiorum
Non licitorum est
Perdita turbis.

¶ Carmen est quale septimũ apud boetiũ. Versus est dactylicus adoni⁹ dime ter catalecticus 9stans dactylo ⁊ trocheo seu spõdeo. Sunt aũt hic octo versiculi propter brevitatem. Scribitur in eos qui quid discãt ignozãt ⁊ ita illicitis stu dijs occupant/aut inutilibus/vt qui ad summũ vsq3 etatis dyalecticis griphis irretiti neq3 mozibus neq3 operibus q̃ pijs quicq̃ impartiunt. de quib⁹ in sequẽti carmine plura dicam. Ozdo est. Mens fatuoz condita. i. abscondita ⁊ obscura atris nubibus scilicet ignozantie: nullum. i. non vllum non valebit cernere rite: id est vt decet vllũ lumen: et hic. i. ex hac re est perdita curis studioz illicitozũ.

Omnibus in terris que sunt a gadibus vsq3
 Aurozam pauci rite sequenda petunt.
Pars arti vetite studet\ et pars sydera seruat
 Pars cantilenis lusibus atq3 iocis.
Plurima pars veneri: rarissima queq3 minerue
 Que doceat moꝛes aut pia facta sequi
Innumeros scholicis videas incumbere nugis
 Et semper logicis concrepitare sonis
Arguo sic\ contra: verum est vel mentioz: ergo
 Dum soztes currit disputat vsq3 plato
Disce miser sophiam que scandat sydera tecum
 Qua tibi quaq3 tuis impetitare queas.

Omnibus in terris. ⁊c. Pꝛincipiũ est decime satyꝛe apud Juuenalẽ vbi sic dicit. Oĩbus in terris q̃ sũt a gadib⁹ vsq3 Aurozã ⁊ gangem pauci dignoscere possũt. Vera bona atq3 illis multũ diuersa remota erroꝛis nebula q̃d enĩ ratione timem⁹ aut cupim⁹. q̃d tã dextro pede 9cipis vt te Conatus nõ peniteat. ⁊c. Scribit aũt in eos q̃ reb⁹ inutilib⁹ studẽt ꝑtermissis necessarijs studijs. vnde de his q̃ artib⁹ aut rerũ indagationib⁹ nimium studẽt dicit apud Au. gellium plato sic. Philosophia o socrates res est elegãs: si modice quispiam per etatẽ attigerit: at si supꝛa modũ tẽpus in ea 9triuerit hoĩm est coꝛruptela. nã si quis vel ameno sit acriq3 ingenio vltra etatẽ philosophet: necessarium est eũ rerũ oĩm esse ĩperitum quaꝝ vsum calleat opoꝛtet/quisq3 honestus pꝛobusq3 est futur⁹ hec apud gellium: apud quẽ ex Aristote. sentẽtia musicalib⁹ deditis: ideo dissolutioꝛes sunt: q bonis moꝛibus necessaria studia illis impartiunt. Tales autem similes sunt illis de quibus ad hebꝛ. v. Et enim cum deberetis magistri esse ꝓpter tẽpus rursum indigetis vt vos doceamini q̃ sint elemẽta exoꝛdij sermonũ dei. ⁊c. Ozdo aũt est. pauci in oĩbus terris q̃ sũt a gadibus i. ab extrema parte occidẽtis vbi gades sũt: vsq3 aurozã. i. oꝛiẽtẽ extremũ petũt. i. expetũt: rite sequenda. i. expetenda. pars scꝫ hoĩm studet. i. diligẽtẽ operã dat arti vetite. i. a canone. i. magice. Pars studet astrologie. i. sermoni: astrorum iudicijs. pars studet cãtilenis/lusib⁹ ⁊ iocis. plurima pars studet veneri. i. luxurie: ⁊ rarissima queq3 pars studet minerue. i. sapiẽtie que doceat sequi mores aut facta pia. i. religiosa: tu videas innumeros incumbere nugis scholicis: id est triuialibus ⁊ adminiculatiuis scientijs ⁊ in eis etatem terere. ⁊ concrepã

care disputando: semper. i. ad extremã usq̃ vitã: sonis logicis vt sũt illa inepta Argus sic cõtra: que posui non vt sensum ex eis capias: sed vt ineptitudinẽ dia lecticorum perpetratorum agnoscas. Nihil vtilius est q̃ per dialecticem ad meliora tendere. Que scandat: id est nobiscum maneat in celis. etc.

Is phoebo faculis vult dare lumina
Qui virtute iuuare
Credit posse sua, qui facit omnia
Per se cuncta gubernans.

¶ Carmen est quale nonũ gen⁹ apud boetiũ dicolon distrophon. Prim⁹ versus est asclepiadeus choriãbicus tetrameter catalecticus: cõstans spõdeo duobus choriãbis et pyrrichio, vel spondeo dactylo cum syllaba et duob⁹ dactylis. Secũdus est dactylicus pherecratius trimeter acatalecticus constans spondeo dactylo et spondeo. Scribitur in temerarios et vsq̃ adeo arrogantes vt sperent se posse vel deum iuuare vel eius facta corrigere. qui tam dementes sunt vt sint insani qui molliantur collectis et incensis modicis facibus augere lumen solis: vt in sequentibus latius dicam. Ordo est. Is vult dare phebo. id est soli lumina: id est splendorem: faculis scilicet a se incensis. qui credit posse iuuare virtute sua eum qui facit omnia gubernans cuncta per se: hoc est deum.

Cur scrutaris iners celestia numina vermis?
Num facibus properas modicis intendere phebi
Lumina, num speras superum te posse iuuare
Rectorem neruis aut viribus omnipotentem:
Quo sine nil factum: nec quicq̃ possumus omnes?
Quo sine nec nimium celi consisteret ordo?
Desine celestes mortali examine vires
Pendere: ne nimio sub melle resultet amaror
Desine scrutari rabioso murmure celos.
Nam maiestatem quisquis scrutatur, ab eius
Splendore opprimitur: sine te qui cuncta creauit
Te sine quo placitum est moderamine, cũcta gubernet

Cur scrutaris. Reprehẽdunt hac pagina temerarii obmurmuratores qui dei opera scrutãt ea corripiũt: perinde ac si meli⁹ fecissẽt: similes illi de quo habetur. vi. q. prima. Si oĩa. Superuacũe laborat ĩpẽdiis qui solẽ certat facibus adiuuare. Quoniam diuine gratie plenitudo adiectione humana nõ ĩdiget: nec vlla requirit emendationis augmẽta. etc. Et cũ nimium scire laborẽt stulti efficiuntur. Sicut q̃ mel multũ comedit nõ est ei bonũ. Sic qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria. Prouer. xxv. Cõtra quos etiã dicitur qđ alibi citaui illud Eccle. iii. Altiora te ne quesieris et fortiora te: ne scrutatus fueris: sed que precipit tibi deus illa cogita semper, et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. etc. Ordo est. O vermis iners. i. expers artis et industrie respectu dei: cur scrutaris: id est diligenter inquiris: numina celestia. i. potentiam diuinam: num. i. nunquid properas intendere: id est augere lumina phebi: id est solis: facibus: id est lignis incensis (titones vocant) modi-

cis. id est parum valentibus: num. i. nunquid speras te posse iuuare neruis aut viribus tuis rectorem omnipotentem superum. id est superorū hoc est celestiū: sine quo nil factum est: nec omnes. i. et si omnes simul essemus non possamꝰ quic ꝙ sine eo: sine quo ordo celi qui nunc est nec minimum. id est ne minimū quidem tempus consisteret. i. permaneret. Desine igitur pendere. i. censere et estimare examine. i. iudicio mortali vires celestes. i. dei celorum: ne amaror. i. amaritudo vel amaritas vel amarities: resultet tibi sub nimio melle. i. ne ex nimia indagatione fias stultꝰ: desine scrutari sup. cū murmure rabioso. i. insano: celos. i. celicolas: aut opera dei qꝛ celi enarrāt gloriā dei et opa manuū eiꝰ annunciat firmamentū. Nā quisqȝ scrutatꝰ. i. curiose inquirit maiestatē: opprimit a splēdore. i. a gloria eiꝰ. Is qui creauit te sine te. i. sine auxilio tuo: gubernet id est permitte: vt gubernet cuncta: eo moderamine quo placitum est sup. ei sine te.

Iudicans fratrem trutina maligna
Sese iustificans modo:
Iudicia speret reprobandis iram:
Solus qui videt omnia.

¶ Carmen est quale decimum genus apud Boet. dicolon distrophon. Prior versus est dactylicus saphicus pentameter acatalecticus: constans trocheo: spōdeo: dactylo et duobus trocheis. Posterior gliconius trimeter constans spondeo et duobꝰ dactylis scḋm tritum genus metiendi. Est in eos qui alios damnāt sese iustificantes. In quos dictum est. Nolite iudicare et non iudicabimini. Ordo est. Iudicans fratrem. i. proximum suum: trutina maligna. i. iudicio iniquo ex maliuolentia: iustificans sese id est ipsum: modo id est solummodo: speret ꝑ timeat reprobandus scꝫ cum sit reprobandus: iram iudicis scꝫ christi qui solus videt omnia: scilicet secreta cordium: quia scrutans renes et corda deus.

Quam temere in nosmet legem sancimus iniquā
Dum iuuat iniusta pendere lance pios:
Si iustus moritur vel iusti proximus heres
Expendisse scelus iure putamus eos.
Si quo sit melior patitur tormenta probatus:
Reprobus inuisum dixerit esse deo.
Scandentemqȝ polos in tristia tartara mitti
Iudicet in fauces cum premat ipse pedem.
Sic sua quisqȝ videns oculis mala lippus inunctis
Perspicit alterius ceu iouis ales onus.
Qui volet ergo deo debet ceu credere nunꝗ
Ne iuste pereat censor amarus erit.

Quā temere. etc. Argumentū est sumptū ex. vii. c. Math. Vbi saluator noster dicit. Nolite iudicare et nō iudicabimini: nolite condemnare et nō cōdemnabimini. Sꝫ vt prius dixi tm̄ prodest vt non iudicemꝰ: vt etiam ꝗ decet fieri possūt peruerse ꝯdemnemꝰ: et in oculo fratris festucā euellendā clamemꝰ cū trabem in oculis nostris non videamus. Unde dicit idem saluator. Luce. vi.

# De pluralitate ecclesiasticorum onerum vitanda.

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui. Et trabem in oculis tuis non vides. Unde Glo. in ca. ea que. de. sta. re. Tollere festucam qui vis de fratris ocello. Que tua conturbat lumina tolle trabem: z. iii. q. vii. Iudicet ille de alterius errore: qui non hz in seipso qd condemnet. Et saluator Ioh. viii. de muliere in adulterio deprehensa. Qui in se peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat. Et hinc Cice. in Salu. Carere debet omni vicio qui in alterū dicere paratus est. Unde z Flac. lib. ii. ser. a quo principium sumpsimus. Tu cum sis quod ego: z fortassis nequior vltro. Insectere velut melior verbisq; decoris Obuoluas vicium: quid si me stultior ipse. zc. Multi autem sunt stulti: q cum ipsi iudicandi sint vltro alios etiam inique iudicant. Unde vero Cic. ait lib. iii. Tuscu. questio. Proprium est stultitie aliorum vitia cernere: obliuisci suorum. Et sibi idem inquit .i. offi. fit nescio quomodo: vt magis in aliis cernamus q̄ in nobismetipsis siquid delinquit. Ordo vt in elegiaco fere fit carmine patz q̄.i. q̄tum pendere iniusta lance .i. iudicare iniuste pios .i. bonos viros. Expendisse .i. luisse scelus sic Ene. ii. scelus expendisse merentem laocoonta ferunt. Si quo .i. si ideo vt sit melior: quia castigat deus omnem filium quem recipit: z virtus in infirmitate perficitur. vnde successus assidue prosperitatis est inditium damnationis ita persecutio z tribulatio signum saluationis duxerit .i. censuerit: iudicauerit cum premat .i. vrgeat ipse qui iudicat pedem scz suum. Oculis inunctis .i. collirio obstructis: q lippus est id est fluentes oculos habens Ceu id est tanq̄ esset ales iouis .i. aquila: que directo obtutu z non conniuens radios solis inspicit: z pullos id non valentes: vt subdititios abiicitur: dicitur autem poetice ales iouis quia in bello giganteo illi fulmina subministrauit. Amaras iniquus.

Quisquis volet perenni
Fungi munere: maius
Perferre q̄ valebit
Licet sumere pondus.

Carmen est quale vndecimum genus apud Boe. dicolon distrophon. Precedens versus est iambicus anacreontius dimeter catalecticus: constans tribus pedibus id est spondeo z duobus iambis cum syllaba. Sequens est pherecrati⁹ constans spondeo choriambo z syllaba: aut spondeo dactylo z spondeo vel trocheo. Argumentum est in eos qui plura q̄ explere possunt ecclesiastica obeunt munera seu sacerdotia: que a vulgo dicuntur beneficia seu prebende. de quibus in sequenti carmine plura. Principium carminis sumptum est ex Boe. Cuius ordo est. Quisquis .i. quicunq; volet fungi perenni .i. eterno munere scz sacerdotali: ita vt in celo etiam sacerdotali gaudeat honore: vnde si vt Hieronymus sentit: bone doctrine in celo permanent: dicit enim: discamus scientias in terris: q nobiscum permanebunt in celis: z si character ordinis indelebilis est: non dubium est bonos illic speciali honore illustrandos. Cetera patent.

Quid male sane premis sub iniquo fasce misellū
Quadrupedem: defessa labant sub pondere crura.
Et tamen imponis maiora grauamina dorso
Forte tui similem male natum credis asellum.
Qui cum vix minimi depleres iusta sacelli.
Munera: ter geminis pretendis tempora vittis

Nectere & ad summum suspiras culmen honorum.
An miser ignoras: oneris plus q̃ sit honoris
Esse sub egregio vel summo pontificatu?
Quem quicunq; petit sanctum desiderat idem
(Ut vult paulus) opus: sed si pater ipse talentum
Quod dedit exquiret cum fenore\consule vires.

Quid male sane premis. Satyra scribitur in eos qui plura onera ecclesiarum etiam incompatibilium: vt curas ac episcopatus quidam cessent in humeris suis īponūt/cū vix minimū perferre valeant/in quos dñr multa. de preben. q in tm̄. &c. de multa. Et de cle. non resi. q nonnulli. Inter que hic adnotata inueni. Ambitio quorundam in tm̄ processit vt non duas vel tres sed plures ecclesias habere studeant/cum vix vni possint debitam prouisionem impendere. Cum tñ multitudo prebendarum canonibus sit inimica & valde iniustum & iniquum est: vt multi esuriant forte mulieres/vn⁹ ebrius forte nullas in verbo & pessimus in exemplo abundet. Ordo & expositio textus nostri est. O male sane. i. insane aut insēsate: quid. i. ad quid: premis sub iniquo fasce. i. pondere quadrupedem. i. asinum: misellū. Crura sup. eius defessa. i. defatigata: labant: vacillant & deficiant sub pondere iniquo. i. nimis graui. & tñ tu imponis dorso scz eius grauamina maiora scz q̃ prius habebat. Tu forte credis asellum male. i. ad malū suum natum: similem tui. i. tuis moribus. Qui cū depleres. i. perficeres: vt Stat. in principio achilleidos. Tu modo si primos digno depleuimus haustu/da fontes mihi phebe nouos ac fronte secunda. Nectere comas: vix. i. cum summa difficultate munera iusta. i. officia debita sacelli mini vulgus capellam vocat pro sacello: tñ supple pretendis nectere tempora capitis tui: ter geminis vittis. i. papali corona & pro. i. suspiras ad summum culmē/honorum scz omnium in terris. An tu miser ignoras plus oneris q̃ sit honoris esse sub pontificatu egregio vel. i. etiam summo: quia vbi summus honos est & summum onus/quem scz pontificatum/quicunq; petit. i. desiderat/idem desiderat opus sanctum vt paulus scz apostolus vult dicens. i. Timo. iii. Si quis episcopatū desiderat bonū op⁹ desiderat. Sed si ipse pater scz omniū deus exquiret cum fenore. i. cum excremento lucri: talentum quod dedit scilicet seruis suis vt prelatis: consule vires scilicet q̃tum queas perferre.

Coruo didici recinente
Cras cras bona nunc peragenda
Differre/necis properantis
Securus: at vrgeor amens.

Carmen est quale est duodecimum genus apud Boe. monocolon anapesticum parthenicum dimetrum catalecticū primi enim duo pedes recipiunt anapestum vel spondeum tertius semper exigit anapestum cū syllaba. Argumentum sumptū ex illo Ecclesiastici. v. Non tardes conuerti ad dñm: & ne differas de die in diem. Subito enim venit ira illius & in tp̄e vindicte disperdet te. Et ex illo psal. xciiii. hodie est & cras morietur. Ordo est. Ego inquit stult⁹ didici coruo recinente. i. frequenter canente: cras cras differre bona. i. opera peragenda nūc existens secur⁹ necis. i. mortis pperantis. i. cito aduentantis. At ego amens. i. sine mente improuid⁹ vrgeor. i. a morte q̃ me memorem sui vel inuitum facit.

## De differentibus bene facere cu statim possint. Ca. xxxi.



Inspice mortalis q̃ fluxa caducaq̃ vita est
Qui flos mane fuit vespere puluis erit
Inspice nec differ conuerti ad cunctipotentē
Nam subito in reprobos illius ira venit
Cras hoc fiet: idem cras fiet: quid quasi magnum
Nempe diem donas quando erit ista dies?
Jam cras hesternum consumpsimus ecce aliud cras
Egerit hos annos: cras hodie esse nequit
Si tu hodie audieris domini vocem caue dicas
Corde obdurato: cras sequar haud hodie.
Quis scit an adijciant hodierne crastina summe
Tempora: que id possunt numina sola poli?

Inspice mortalis. Argumentum est in perendinatores q̃ omnia in crastinū referūt: neq̃ quicq̃ bonicū statim possint faciunt. In quos etiā dr illud Ecclesia. v. Ne tardes conuerti ad dn̄m & ne differas de die in diem. Subito enim venit ira illi⁹: & in tpe vindicte disperdet te. Admoneo autē primo mortalitatem que dilationem periculosam doceat. Unde Luce. xii. hodie ē & cras mortatur. Fenum quod hodie est cras in clybanum mittetur. De his plura dicam sub ordine qui talis est. O mortalis scz homo: inspice. i. intus & in te vide & attende q̃. i. q̃tum fluxa. i. fulēs & transitoria atq̃ caduca est vita. s. tua. Nam is qui fuit mane. i. cū sol manaret & oriretur: flos. i. in vigore erit vespere. i. sole occidente: puluis. i. cadauer resoluendum in cinerem. Inspice inq̃ nec differ conuerti ad cuncti potentem. i. simul omnia potentem dn̄m deum. Nam ira illius venit subito in reprobos. i. reprobandos. Respondet homo stultus & sane fere verba Persiana sat. v. hoc scz qd̄ mones fiet cras. i. cras incipiam inspicere. Respondet monitor. idem fiet cras. i. tu dices idem cras: vnde sicut callidus qui dicit cras dabo non hodie sic negat quotidie & nunq̃ dat ita qui semper cras & nunq̃ hodie bene agere vult nunq̃ bene agit. Obmurmurat stultus dicens: quid supple contradicis / nempe. i. nonne ipse. i. tu donas scz mihi diem. i. dilationem vnius diei / quasi magnum. i. rem magnam. Respondet monitor. Quādo erit ista: id est tua dies. q. d. nunq̃. Nam nos consumpsimus iam cras hesternum. i. de quo heri dicere licebat cras: ecce aliud cras egerit. i. extra fert & absumit hos id est nostros annos. Est autem ab egero non ab ago: cras nequit esse hodie: & ergo semel incipiendum est hodie non semper in crastinum differendū Si tu audieris hodie vocem domini (vt in psal. xciii.) caue dicas (vbi caue est terile: sicut in epi. Hor. Unde vale caue ne titubes) corde obdurato. i. per obdurationem cordis: ego sequar scilicet vocem cras non hodie. Quis scit Hor. sic habet secundum carmen tempora dii superi. Unde illud. Nemo tam diuos habuit fauentes crastinum vt possit sibi polliceri.

Stulteus obseruans iter impudice.
Coniugis: seruat pulices sub alto
Sole: vel mundat laterem: vel implet

Urceo paruo puteum capacem.

¶ Carmen est quale decimūtertiū apud boetium vt pote monocolon. versus est dactylic⁹ saphic⁹ pētameter acatalectic⁹: ɔstans trocheo spondeo dactylo. ⁊ iterū trocheo ⁊ spōdeo aut duob⁹ trocheis. Scribitur in stultos vxorū suarum obseruatores: nō qꝫ obseruari nō debent: sed qꝫ frustra obseruantur: aut qꝫ nimis obseruate incōtinētiores fiunt: nitūtur em̄ in vetitum: vt in sequēti lati⁹ dicā. Quid aūt in ea re faciendū sit prescribitur. Num. v. Si spirit⁹ zelotyppe concitauerit virum contra vxorem que nihil polluta est vel falsa suspitione appetitur relinquet deo facti huius iudicium. Vulgo dicitur. Ille lauat laterem qui custodit mulierem. Et eccl'i. vii. Facilius est ardenti sub sole obseruare pulices q̄ inuitam custodire mulierem. Dicitur etiam vrceolo. i. modico vase implere capacem puteum/qui sua custodia lasciuam retinere vult mulierem.

Quid frustra obseruas vxorem insane pudicam
Ipsa sui custos erit et tutela pudoris.
Quid stolide obseruas vxoris iter male caste
Nititur in vetitum natura fere mulierum.
Et custoditum quia suauius esse putatur:
Si nulli placuit: iam custodita placebit.
Audio quid veteres olim moneatis amici:
Pone seram: cohibe: sed quis custodiet ipsos
Custodes: cauta est\ et ab illis incipit vxor.
Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo
Si nihil est\ seruis incurritur\ abstuleris spem
Seruorum: veniet conductus aquarius vsq̄.

Quid frustra. ꝛc. Ut ex titulo patet in eos inuehit q̄ friuolā ⁊ interdū perniciosam curā adhibent ob zelotypiam in custodiēdis vxoribus cū caste sese custodiāt/ne tamē minus caste fiant non illi nimium laxāde sunt habene: qꝫ si qd̄ ouidius dicit: casta est qua nemo petiuit cauendū est ne ob dissolutam vitā petātur. Nocet aūt interdū nimia custodia: tū ꝑpter mulieres q̄ nimium custodite: in vetitū nituntur: ⁊ qd̄ nō fecissēt libere admittūt custodite tū ꝑpter viros: quibus interdum mulieres placent non qꝫ formose: sed qꝫ custodite. Unde dicitur ꝓuerb. ix. Aque furtiue dulciores sunt: ⁊ panis abscōditus suauior. De libidine aūt mulierum obseruatarum late loquitur. Iuuenal'. satyra sexta vnde sumpsimus illa carmina. Audio quid veteres. ꝛc. vsq; in finem. Ordo est. O insane: quid. i. ad quid: obseruas. i. custodis attēdens quid agat ⁊ quo vadat vxorem. i. tuam pudicā. i. si habes pudicā: obseruas inquam frustra: qꝫ ipsa scꝫ pudica vxor tua est custos ⁊ tutela sui pudoris. Et o stolide q̄d obseruas iter vxoris male. i. non caste. Natura mulierum/nititur fere. i. quasi semper aut quasi oīs: in vetitū ⁊ qꝫ custoditū. i. res custodita ⁊ abscōdita: putat esse suaui⁹/si ipsa nulli placuit. i. p̄usq̄ custodires: ipa placebit iā custodita. i. eo ꝙ custodiat. Martialis. Creuit turba futuroꝝ īgenios⁹ hō es. O veteres amici audio q̄d monetis olim dicētes Pone serā. i. domui: cohibe. i. ɔtine domi: sed quis custodiet. i.

arcebit & observabit ipsos custodes. Uxor est cauta & incipit ab illis. i. custodibus adulteriũ: ut ipsi taceãt. Illa. i. uxor libidinosa: iubet iuvenẽ. i. aliquẽ pperare id est celeriter accedere. cucullo. i. cooperimẽto capitis sũpto. i. si nihil. i. iuvenis est icurrit. i. ab ea. i. ipsa ĩpetũ facit: servis. i. in servos. & sup. si abstuleris spem servorum, aquarius: id est lixa aquam ferens in usum culine: condictus: id est ad aquam ferentem sed ut stupret dominam venit usq;: id est ab illo loco.

Quicunq; stertit nare pervigili miser
Mechi ut tractat pocula:
Se non videre quod videt simulans mero
Illectus est stultissimus.

¶ Carmen est quale decimũquartũ gen⁹ apud boetium dicolon distrophon. Prior versus est iãbicus archilochi⁹ trimeter acatalectic⁹: imparib⁹ sedib⁹ spõdeum recipiens, interdũ etiã anapestũ, & in fine pyrrhichium vel spondeum: paribus aũt iambũ tantũ quẽ omnibus locis habere potest. Posterior est iambicus archilochius dimeter acatalecticus. Recipiens pariformiter locis paribus spondeum: reliquis tantũ iambũ, quẽ q; iãbicus est ubiq; admittit. Scribitur in uxorum suarũ lenones. Nam patronus est turpitudinis q crimen celat uxoris. Et q patitur uxorẽ suam delinquere matrimoniũq; suum cõtemnit, quiq; contaminationẽ non indignatur pena adulterii configitur. Omnia nota sunt.

PRo scelus invisum superis & morte piandum:
Lenonem uxoris secula nostra ferunt.
Plurimus est hodie doctus spectare lacunar
Mechus in uxoris dum iacit ora sinum.
Doctus et ad calicem vigilanti stertere naso.
Coniugis in gremium dum iacit ille manum.
Frustra hodie clament: ubi nunc lex iulia: dormis?
Qui vivunt stupris coniugis usq; sue.
An dubitas cupiunt hi gnatas prostituisse:
Quarum dissimulant matris adulteria?
Expulit ille stuprum lucretia passa tyrannos:
In thalamum mechos nunc vir ob era vocat.

PRo scelus. &c. Exclamatio est in turpissimos uxorum suarum lenones: q que fere pati recusant veneris consortia admittunt. Pro indignantis est vox neq; caput aspirationẽ exigit. Ordo est. Pro scelus invisum. i. odio prosecutũ superis, & piandum. i. purgandum & abluendum morte secula nostra, ferunt. i. admittunt & patiuntur lenonem uxoris. i. qui uxorem suam ob pecuniam aut gule illecebras prostituit. Doctus spectare lacunar. i. laquearia. hoc est trabium connexiones dũ. i. quando mechus. i. adulter iacit ora. i. oculos in sinum. i. ad mamillas uxoris: est hodie plurimus. Et doctus. i. ab uxore: aut avaricia sua expertus: stertere. i. simulare se dormientem, ad calicem. i. pocula naso vigilanti. i. non dormienti. cum tamẽ vigilet, dum mechus iaciet manum in gremium. i. ad muliebria coniugis: ii supple qui vivunt usq;. i. continue stupris coniugis sue

clament frustra hodie/ubi sup. eos/o lex iulia: in adulteros lata/dormis. Est aũt imitatio Ju. An dubitas sup. an hi.i. tales (vt Ene.ix. hunc ego te euryale aspi cio) capiant prostituisse.i. ad vniuscuiusq̧ libidinem in prostibulis exhibuisse/ gnatas.i. filias quarũ matres dissimulant.i. nolunt fateri cũ tñ sciant adulteria. Simulamus enĩ id esse qđ non est: ⁊ dissimulamꝰ id non esse qđ est.i. dũ exterioribꝰ indiciis fingimꝰ id esse qđ non est tunc simulamus ⁊ qđ innuimꝰ id nõ esse qđ est tũc dissimulamꝰ. Lucretia castissima mulierũ a valerio pdicata sz su sanne censore augustino merito cedens/passa stuprũ a sexto aut arunte filio tarquinii superbi septimi ⁊ vltimi regis Romanoꝝ: de qua Liui. late in fine.i.li. decados.i. expulit vrbe scz roma tyrannos.i. superbos reges: ⁊ vir.i. maritus vocat nunc in thalamum scz suum/mechos id est adulteros, ob era id est pecuniã.

Quisq̧ sui similem quia colit
Delitie mihi sunt strepere aues
Immodice solite mare frequens
Atq̧ solum petii/scio nihil.

# Celum non animum mutant q̄ trans mare currũt
# Raro redibit holor qui nidum deserit anser.

Carmen pcedens est quale decimũ quintũ apud boe. monocolon: dactilicũ ithyphalicũ: tetrametrũ: acatalecticũ: cõstãs tribꝰ dactylis ⁊ perhichio. Scribiturq̧ in eos q̄ sibi ob stulticiã placent: ⁊ q̄ cum multa viderint nihil didicerunt ⁊ ita vt teutonicũ est adagiũ/quales euolauerunt anseres redierunt. Solite strepere scz anseres. Celum non ani. sic Hor. in epistol. Holor.i. bene canere sciens. ⁊c.

Quisquis medentis impotens opem fugit
Et tegit insulso pectore vulnus hians:
Modo nec ortis obuiat doloribus:
Iure sibi sero pharmaca posset emere.

## De impatientibus ⁊ improuidis egris. Titulus.xxxv.

# Principiis obsta sero medicina paratur
# Cum mala per longas conualuere moras.

Carmen est quale decimumsextum apud Boet. dicolon distrophon. Prior versus est iambicus. trimeter acatalecticus. Posterior pentameter elegiacus. Scribitur in impatientes infirmos/qui nec vulnera detegunt/cum dicat Boe. Si opem medicantis expectas/vulnus detegas oportet/ nec medicum: q: non omnes curat patientes: cum dicat Iuue. non est in medico semper releuetur vt eger. Nec principiis obstant/cum dicat ouidius Principiis obsta. ⁊c.

Quicunq̧ impatiens furentis ire:
In sua damna ruit: facitq̧
Que non facta velit: sues sequatur
Scandat ⁊ arcadicum iumentum.

Carmen est quale decimũseptimũ genus apud Boe. dicolon distrophon. primus versus est dactylicus: phaleucius pentameter hendecasyllabus: de quo priꝰ diximus. Sequens est dactylicus archilochius tetrameter catalecticus: constãs duobus dactylis ⁊ totidem trocheis. Inuehitur in eos qui nimis cito irascunt in quos dr. Vince iram animosq̧ tuos qui cetera vincis. Item debet homo lentum vehemens equitare iumentũ.i. asinum: vt eius tarditate retentꝰ nil cuius

eum postea peniteat mollatur. Ordo est. Quicunque impatiens ire furentis.i. quicunque nescit differre iram: quia ira furor breuis est: ut tam dicam, ruit in sua damna et facit ea que vellet non facta, sequatur sues qui tardi sunt unde Tardi venere subulci. et scandat iumentum archadicum. id est asinum.

Quo ruis? ah demens cur dorsum obtundis aselli?
Expecta uxorem: scandere certat idem
Quo ruis inquam amens? quo me rapit ira furorque
Siste gradum ac audi. Sum nimis impatiens
Attamen hec audi: mala sint que audire recuses.
Audio: dic paucis: dum pecus ango pigrum
Ira furor breuis est: animum rege: qui nisi paret
Imperat: hunc frenis hunc ratione preme
Impedit ira animum ne possit dicere verum
Que populum ac urbes sepe dat exitio
Femina rixetur: canis improba concitet iram
Candida pax homines trux decet ira feras.

Quo ruis. Carmen est elegiacum in impatientem ire qui subito impetu rapitur contra preceptum sapientum: qui ira percitum volunt tantum semper etiam a iusta castigatione aut ultione coercendum dum furor ille sedatus sit: unde architas ille tarentinus semper laudabitur quod peccanti seruo pepercit eoque iratus esset dicens, nisi irascerer haud impugne ferres: unde quidam illud.i. ene. Post mihi non simili pena commissa luetis, interpretatur ut sit datiui casus construendum cum mihi: ut mihi non sit simili.i. non irato ut modo. Et si cum pena construatur adhuc quia dicit post et non vult statim punire eos: idem docet neptunus aut qui id finxit poeta quocirca aptam aposiopesim dat illi dicenti. Quos ego: sed motos prestat componere fluctus: ut sepe etiam comici faciunt: quia signum est temperate ire ubi verba non exprimunt furorem. Augusto autem cesari consilium tradit Sueto. ut irascens priusquam aliud quicquam faciat aut dicat omnes litteras alphabeticas proferat, ut vel tanto interuallo ira sedetur. Est enim furor breuis ex subita accensione sanguinis circa cor. Ordo est. Ah demens quo ruis.i. preceps abis: cur obtundis scilicet flagello dorsum aselli expecta uxorem, quia certat scandere idem scilicet dorsum: trahit enim caudam totum autem tractum ex prouerbio teutonico. Inquam quo ruis amens id est sine ratione. Respondet: eo sup. quo ira et furor rapit me. Siste.i. retine et fac stare gradum scilicet asini ac audi. Respondet sum nimis impatiens. Monitor. Attamen audi hec que dicam, ea sint oportet mala que recuses.i. nolis audire. Respondet. Audio dic paucis, dum ango.i. premo pecus pigrum, quia nolens progredi. Monitor affert ex Horatio et aliis poetis. Ira furor breuis est. etc. Ordo patet. Populum ac urbes Hora.i. car. Ire thyestem exitio graui strauere: et altis urbibus ultime stetere cause cur perirent funditus: imprimeretque muris hostile aratrum exercitus insolens. Femina rixetur. Homerus libro.xx. Iurgia iam cessent mos est mulieribus iste. Candida pax. Ouidianum est.

Omne hominum genus in terris
Simili surgit ab ortu
Sed dea ceca procurans hos
Scandere: deiicit illos.

¶ Carmen est dicolon distrophon quale est decimumoctauū boetii/immo duo priores versus sunt boetiani/quorum precedens est dactylicus alcmanius trimeter hypercataledicus: nā post tres pedes superest syllaba. Sequēs est pherecretius dactylicus trimeter cathalecticus constans duobus dactylis & spōdeo. Qui tamē apud boetium ꝑ dactylo anapestum recipit: scriptū est in eos qui ob successus superbiūt: cū iam incerta sit fortuna: vt viūt/rota: vnde est illud claudianum. Tolluntur in altū vt lapsi grauiore ruant. Et ideo Sene. in hercule furente. Nemo confidat nimium secūdis nemo desperet meliora lapsis. Miscet hec illis (.i. ꝓspera aduersis) prohibetq; clotho stare fortunam: rotat omne fatū.

Scande caballe rotā: dominabere tempore paruo
Nec poterunt vires nec opes defendere sedem
Archadicumq; pecus\ si forsan scandis eodem
Et fortuna fauet: modicum quoq; stabis in arce.
Scandat iners monstrum cui nec fortuna benigna:
Nec probitas fauet aut virtus: mox decidet amens.
Sepe etenim primo aspirat fortuna labori:
Sed nihil inuitis fas quenq̄ fidere diuis.
Quocirca sapiens rerum accumulabit aceruos
In quas nil iuris fors obtinet improba: et illi
Ostendet medium si contradixerit vnguem:
Nullum numen habes si sit prudentia: sed te
Nos facimus fortuna deam: celoq; locamus.

Scande caballe rotā. Pānosa hec satyra variis panniculis consuta: hoc est ex diuersis deprompta inuehitur in stultos fortune nimium confidētes: nec subitam eius mutabilitatem verentes. Principium alludit ad picturam superiorem: in qua: qui in vertice sedet equi formam habet. Est autem equus presertim caballus animal animosum & bellicosum viribus confidens: vnde notatos puto per eum qui opibus aut viribus/aut audacia freti: ad regna peruenīant qui vero ascendit asininum habet caput significans mihi eum qui tardo quidem: ad scientias et virtutes ingenio: ad honorem non nimis aspirat: ambitu aut hypocrisi. At qui descendit: anteriora humana & posteriora equina habēs significat eos qui viribus incōsulto inuitis fatis & minerua ad culmina honoꝝ ascendisit aut traduntur: vnde subito detrudūtur. Sed ordinē ꝓsequamur. O caballe. i. eque belliger: scande rotam. s. fortune et est minaciter dictū vt illud in fastis. Rode caper vitem. &c. dominabere. i. regnabis: paruo tēpore. Nec opes. s. tue. id est facultates. nec vires poterunt defendere. id est protegere tibi sedem. id est solium regium. Et o pecus archadicū. i. o asine (qz in archadia multi & magni sunt asini) si scādis forsan eodē. i. ad

eandem sedem & fortuna fauet: tu quoqz.i.etiam tu stabis modicum in arce.i. summitate. Scandat scilicet in altum monstrum iners: id est nullam habens artem: cui nec fortuna benigna fauet: nec probitas aut virtus fauet. ipsum decidet mox: id est paulopost amens: id est sine mente. Etenim fortuna (vt dicitur secundo eneidos) aspirat sepe primo labori. Sed nihil.i.nō aliquid non est fas id est licitum quenq̄ fidere aliquid dijs inuitis. Quocirca.i.quapropter sapiēs accumulabit aceruos rerum in qua fors.i.fortuna: improba.i.improbanda.nisi furis obtinet: & ostendet illi scilicet fortune: si contradixerit vnguem medium: id est deridebit eam dicens illud Iuuenalis. O fortuna tu nullum habes numen: id est nullam diuinitatem: si sit prudentia scilicet nobis. Sed nos.&c.

Pedicas apertas nectens
Laqueosqz visos apro.
Auibusqz rete nudum
Stolidas sequatur predas.

Retia qui volucri tendit manifesta videnti:
Est similis stulti qui fallere tentat aperte.

Carmen est quale decimumnonum boetii monocolon iambicū anacreontium dimetrum catalecticum constans anapesto iambo spondeo vel iābo & syllaba. Inferius est hexametrum: vtrūqz autem in eos est qui aperte insidiantes decipere frustra tentant: in quos dicitur prouerbio.i. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Et illud ex apologis esopi. Que nimis apparent retia vitat auis. Pedice sunt vincula pedum: vt manice manuum. Cetera patent.

Heuheu que miseros tramite deuio
Abducit ignorantia.
Qui cernunt alios precipitem dare
Casum: nec euitant malum.

## Que alienis periculis admoneri nolunt. Ti.xxxix.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum:
In dorsum lapsi corruit insipiens.

Carmen superius est quale vigesimum genus apud boetium dicolon distrophon. primus versus est asclepiadeus de quo in primo carminum horatii diximus. Secundus est iambic⁹ archilochius dimeter acatalecticus: constans locis imparibus iambo vel spondeo: paribus tamen iambo. Sequens carmen est elegiacum. Vtrumqz est in eos qui alieno casu admoniti non vitant pericula: in quos dicitur Ecclesia.i. Attende in illis ne forte cadas.

Instruo campanam vulpino pene sonoram
Et latum multa saccum distendo farina
Attentans populi perfringere murmur: et ora
Instabilis vulgi de me mala multa loquentis.

Carmen est quale vigesimū primū gen⁹ apud boetiū: est enī hexametrum heroicū seu potius satyricū. Nā pedes quidē habet hexametri heroici: sed qualitatem poti⁹ satyrici. Scribit in eos q̄ nimis solliciti de leui sentētia populi vix bene facere audēt: cū sit stultū sic magni curare q̄ euitari/aut melius fieri nō possunt: vt in sequentibus latius dicā. Ordo est. Vt dicat stultus ille qui in pictura est. Ego instruo.i.instituo ad sonandū campanam.i.publicam famā: pene vulpino.i.cauda vulpis: vt modicum de me sonet. Et distendo: id est impleo

visqꝫ ad distentionem saccum latum:id est cavatem farina multa attentās per stringere murmur populi et ora vulgi instabilis:loquentis de me multa mala.

Cum recte viuas:ne cures verba malorum
Arbitrij nostri non est quid quisqꝫ loquatur
Nec decet a vulgo mercedem exposcere recte
Facti:si expectas a iudice premia summo.
Sed quia prescriptum est:sic lux tua luceat vt sint
Qui facti authorem laudent patrem omnipotentem:
Deqꝫ bona curam sapiens vult nomine haberi
Atqꝫ augustinus decus haud imitabile cuiq̄
Vita vult sancta nobis opus esse saluti:
Nomine sed claro:comiti socio\atqꝫ sodali.
Cum vita integra nomen seruabis honestum
Non tamen ob famam vitabis recte operari.

Cum recte viuas.ꝛc. Principiū carminis notū est. vtpote deprompti ex eo opusculo qd Catoni ascribitur. Sententiam aūt paucis sic habe. Quia nō debem⁹ esse solliciti quid alii de nobis dicāt dūmodo recte egerimus ꝛ deo placuerimus. Et qꝛ nō debemus bene operari spe retributionis terrene vt faciunt hypocrite q̄ receperūt mercedem suam nō debemus esse solliciti q̄d de nobis loquant̄ hoīes nec accumulare farra.i. varia responsa ad eoꝝ ora obstruenda:aut caudā vulpinā ad . umoris incerti sonū impediendū: vt faciūt q̄ campane ꝑ malleo vulpinam caudā īponūt. Uerū qꝛ saluator noster dixit Mathei.v. Sic luceat lux vestra corā hominib⁹ vt videāt opera vestra bona:ꝛ glorificent patrē vestrū q̄ in celis est. Itē qꝛ dicit̄ Eccle.xliii. Curā habe de bono nōie. Et qꝛ diuus augustinus vitā bonā ait ꝯducere ad salutē nostrā:famā bonā ad salutē ꝓximi:ideo neqꝫ sic negligemus famā bonā vt simus aliis scandalo:neqꝫ sic letabimur vt alioꝝ detractione deterreamur a bono. Nemo enī potest omnibus placere. Sed ordinē ꝓsequamur q̄ talis est. Cū tu viuas recte.i. secūdum legē dei ne cures.i. noli curare verba maloꝝ.i. detractoꝝ:qꝛ non est nostri arbitrii.i. penes nos aut in arbitrio seu potestate nostra. quid quisqꝫ loquatur. Unde seneca. Si dicatur. male de te loquūtur hoīes? Respōde īquit. bene loqui nesciunt:faciunt quod didicerant non quod merui. Nec decet exposcere.i. requirere mercedē:facti recte.i. boni operis a vulgo.i. vili populo:si tu expectas premia a summo iudice:qui scꝫ videt secreta cordium. Sed qꝛ prescriptum est.i. mandatum ab eo qui authoritatē legis condende habet. vtpote a christo. lux vestra luceat sic vt sint qui laudēt authorem facti scꝫ boni: videlicet patrē omnipotentē scꝫ celestem. Et quia sapiens vult Eccle.xli. curam haberi de nomine bono. Atqꝫ augustinus existens decus scꝫ doctorum haud.i. non imitabile cuiq̄ id est a quouis viuentium:ait opus esse nobis saluti id est ad salutem vita sancta:sed vult comiti.i. inferiori:et socio:id est equali in opere ꝛ sodali.id est integro mente esse opus nomine claro:tu seruabis nomen honestum cum vita integra:tamen tu non vitabis operari recte:ob famam scilicet seruandam.

Consilium ab iustis probus expetit
Consulta prudentum insequens.
Improbus infestis iaculis probum
Sectatur: a bono abstrahens.

¶ Carmen est quale vigesimũsecũdum genus apud boetium dicolon distrophon. Prior versus est dactylicus alcmanius tetrameter acatalecticus. Cõstãs dactylo vel spondeo & duobus dactylis. Sequens est iambicus archilochius dimeter acatalecticus. Constans locis imparibus iambo vel spondeo partib⁹ tantum iambo. Inuehitur in eos qui a bono quẽuis detrahunt: quales sunt impii de quibus dicitur prouerbio. xxix. Abominantur impii eos qui in recta sũt via. Veruntamen non timebit iustus quia vt dicitur sap. x. Sapientia custodiuit illum ab inimicis: et a seductorib⁹ tutauit illum. Et ideo dicitur eiusdem quarto. Videbunt finem sapientis & non intelligent quid cogitauerit de illo deus. Et ideo. Nolite emulari in malignantibus. &c.

Fili sis sapiens: dictis parens sapientum
Quis te saxis turba prophana petat.
Stat iustis merces eterna corona: deusq̃
Se dabit iis legem qui tenuere suam.
Impia turba suam sibi partem deputat istis
In mundi gazis lucifugisq̃ bonis.
Opprimit ergo inopem iustum: viduas veteranos
Nil reputans frontem caniciemq̃ senum.
Prosequiturq̃ dolo iustum: mala tanta vetantem
Dissimilem q̃ sui mens mala ferre nequit.
Sic necat insontem gens ceca: sed omnia cernens
Mercedem facti reddit vtriq̃ deus.
Noli igitur pia facta malis auertere curis.
Sed tu quando datur fac operere bonum.

Fili sis sapiens. Argumẽtum sumptum est ex libro puerbiorũ. vbi sapiens cohortatur sepe filium ad sapientiam. Et ex libro sapi. capi secundo: vt sub ordine ostendã q̃ talis est. O fili sis sapiẽs: & parẽs. i. audiẽs aut obediẽs dictis. i. preceptis sapientũ: q̃uis turba pphana petat: id est obruat te saxis. Corona eterna stat. i. parata est iustis: merces. i. premium laborum: & deus dabit se iis qui tenuere legem suam. Turba impia deputat: id est constituit sibi partem in gazis: id est thesauris mũdi & in bonis scilicet oblectamentis lucifugis: id est lucem fugientibus: aut quia turpia sunt vt que in lustris et ganeis fieri solẽt: aut q̃ agnosci nolũt: vnde capi. ii. dicant impii: venite fruamur bonis que sunt. Vbiq̃ relinquamus signa leticie quoniam hec est pars nostra: & hec est sors nostra. Opprimamus pauperem iustum: & non parcamus vidue nec veterano: nec reuereamur canos multi temporis. &c. Ergo q̃ in illis deputat partem suam. opprimit inopem: id est pauperem iustum et vi-

duas ⁊ veteranos nil reputans: id est nihil estimans frontem: id est severitatem ⁊ caniciem senum: aut distingue: frontem scilicet pudicam viduarum ⁊ caniciem senum. i. veteranorum. Prosequiturqꝫ dolo iustum: dicens. Circumueniamus ergo iustum quoniam inutilis est nobis: ⁊ contrarius operibus nřis: ⁊ improperat nobis peccata legis. Unde addo: vetantem tanta mala et mala mens nequit ferre: id est pati dissimilem sui id est suis moribus. Sic id est ⁊ ita gens ceca: quia excecauit eos malicia eorum: necat insontem id est innocentem: sed deus cernens omnia; reddit utriqꝫ scilicet tam iusto quam iniusto mercedem: id est retributionem facti. Unde additur. Hec cogitauerunt ⁊ errauerunt: excecauit enim illos malicia eorum. Et nescierunt sacramenta dei: neqꝫ mercedem sperauerunt iusticie.

Patenti via traho quadrigas/
Peragrans florida prata
Fertur ad malum parare longum
Modicum leta voluptas.

¶ Carmen est quale. xxiii. genus apud Boet. dicolon distrophon. Primus versus est trochaicus alcmanius dimeter catalecticus: constans locis imparib⁹ trocheo ⁊ quandoqꝫ dactylo: paribus aūt duntaxat trocheo. Secundus est pherecratius constans anapesto dactylo ⁊ spondeo. Scribitur in eos qui neglecta via virtutis eo ꝙ ardua est lata ⁊ que ad perditionem ducit: ⁊ per quam secūm saluatorem nřm multi ambulant/ sectantur: presenti vero voluptate illecti. Ut in sequenti carmine latius dicemus. Ordo hic est. Ego inquit stultus ⁊ insipiens ac improuidus: traho quadrigas id est currus quaternis equis aut rotis agendos: via patenti. i. lata ⁊ facili: peragrans. i. pertransiens prata florida: Ut id est sed voluptas leta modicum. id est ad modicum temporis: fertur scilicet a doctoribus sanctis quasi dicat se id non credere: parare longum malum scilicet in fine.

Littera pythagore discrimine secta bicorni
Humane vite speciem preferre videtur:
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem.
Difficilemqꝫ aditum primum spectantibus offert
Sed requiem prebet fessis in vertice summo.
Molle ostendit iter: via lata: sed ultima meta
Precipitat captos: voluitqꝫ per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit ille sibi laudemqꝫ decusqꝫ parabit.
At qui desidiam luxumqꝫ sequetur inertem
Dum fugit oppositos incauta mente labores
Turpis. inopsqꝫ simul: miserabile transiget euum.

Littera pythagore. ⁊c. Carmen hoc totum est virgilianum de littera pythagore. i. quia pythagoras samius philosophus: ⁊ primus philosophus appellatus: quiqꝫ philosophie italice author habetur dequi dam docuit humanam vitam. Est autem y cuius inferior pars significat actus

communes vsq; ad annos discretionis: deinde virgula prior que aspicienti dextra est & ardue ascendit: sed in vertice requiem & sedem quietis prebet significans virtutem que primum quidem difficilis videtur: se ad letum ducit exitum. Posterior autem virgula facilem aditum prebet: sed ad precipitium ducit significans vias viciorum esse illecebrose vite: vt in expositione eiusdem carminis apud Vergilium & in silvis moralibus late demonstramus. Et hic satis cum ordine aperiam. Ordo autem est. Littera pythagore scz. y. non quam pythagoras inuenit: sed per quam vitam hominis descripsit: secta. i. diuisa discrimine. i. discerniculo aut differentia bicorni. i. in duo cornua diuisibili videtur preferre. id est signis ostendere: speciem. i. apparentiam & imaginem vite humane, que aut bonum aut malum ingreditur post annos discretionis iter. Nam via virtutis existens ardua. i. difficilis ascensu petit callem. i. viam multis connixibus tritam dextrum id est in dextera parte que prior est. situm: & offert. i. presentet spectantibus primum. i. iis qui nundum quicq̃ boni egerunt: sed dumtaxat expectat ad virtutem aditum. i. accessũ difficilem: qz omnis inceptio boni difficultatem habere videtur: incipiendum tñ est vt Flaccus dicit dimidiam facti qui bene cepit habet: sed prebet fessis requiem. i. sedem quietis in summo. i. altissimo vertice. i. summitate. Inde diuertendum est. Via lata que secundum euangelium ducit in perditionem: aut via leua. i. sinistra ostendit. i. in principio iter molle. id est ingressionem facilem: sed meta vltima precipitat. i. deorsum facit capite antecedente: captos scilicet voluptate & voluit volutat. i. eos per saxa ardua. Quisquis enim vicerit duros casus. i. aduersa huius mundi amore virtutis parabit sibi laudem & decus: vt alibi dicam ex sententia catonis. At. i. sed: sup. is qui sequetur desidiam id est pigritiam: & luxum. i. luxuriam inertem: id est facientẽ inertes: dum fugit inertie improuida labores oppositos transigit: euum id est etatem: miserabile id est abiectam: mente incauta id est improuida existens simul turpis & inops scilicet veri boni: & etiam huiusmundi.

Qui pluris dubium facit venenum
  Presentis vite q̃ bona certa poli:
Is stultus trutinam regens iniquam
  Iudicio iniusto taxat vtrumq; bonum.

¶ Carmen est quale quartum & vigesimum genus apud Boet. dicolon distrophon. Primus enim versus est dactylicus phalecius pentameter hendecasyllabus constans spondeo dactylo & tribus trocheis. Secundus est pentameter elegiacus. Inuehitur in eos qui bona caduca presentis seculi pluris faciunt eo q in manibus sunt. q̃ futuri seculi vera & eterna bona: eo q futura expectantur. Et ideo iniqua statera vtraq; penditant & iniquo iudicio estimant: vt in sequentiis eius dicam. Ordo est. Is qui facit id est estimat pluris venenum. id est bonum voluptatis aut praue cupiditatis: quod vt dulce venenum per venas irrepit in animam quam mox interficit: dubium id est incertum q̃diu possideatur: q̃ bona certa poli. i. celi existens stultus taxat vtrumq; bonum iniusto iudicio: regens. id est gubernans trutinam. id est stateram iniquam.

ELeuat in trutina stultus celestia censor
  Et terrena facit sidere lance sua.
Scilicet in manibus pluris sit passer aduncis:
  q̃ questrimonio grus veniat acta lacu

O curue in terras anime et celestium inanes
Quas capit illecebris tam breuis hora suis
Transibit mundus: transibunt gaudia mundi
Transibit pariter quicquid in orbe viret.
Stat semper celum\stant semper gaudia celi
Iis quibus eterni spes manet alma boni
Spernite delitias tam fluxas\linquite terre
Que terrena\domum querite perpetuam.

Eleuat. &c. Inuehitur in stultus rerũ estimatores/quales sunt oẽs auari/ oẽs luxuriosi/oẽs superbi/deniq; oẽs peccatores q̃ auerSi ab icõmutabi li bono ad cõmutabile. quodãmodo: q2 opere ipso: pluris faciunt terrena q̃ celestia: immo q̃ deum ipsum. Alludo in principio ad illud persianum satyra. i. nec si quid turbida roma. Eleuet accedas: examenq; improbũ in illa. Castiges trutina. &c. De his dicit psal. lxi. Mendaces filii hoim in stateris vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Et illud euãgelicũ. mar. viii. mat. xvi. Quid prodest homini si mundũ vniuersum lucretur: anime vero sue detrimentũ patiat. Aut quã dabit homo cõmutationẽ p aĩa sua. Ordo est. Stult9 censor. i. estimator et iudex: eleuat. i. tanq̃ minoris ponderis & valoris sursum leuat & ascẽdere facit: in trutina. i. statera sua celestia scz bona & facit lance sua. i. in statera sua: terrena sidere. i. subsidere & yma petere: tanq̃ terrena pluris sint celestib9. Scz. i. scire licet cur id videatur prudẽter facere: q2 passer. i. minima auicula est pluris. i. estimãdus: in manibus aduncis. i. si teneatur ab auaro in manib9 cõplicatis  auolet: q̃ grus que venit: & ita futura est: acta. i. abacta frigore. lacu strimonio q̃ in thracia est. Quod vulgato versiculo dicitur. Plus valet in manibus passer q̃ sub dubio grus. O anime curue. i. incuruate: in terras. i. ad res terrenas: et inanes. i. inexpertes celestium scz bonor: quas tã breuis hora. i. huius vite capit. i. irretit: suis illecebris. i. oblectamentis in fraudem allicientibus. Mund9 transibit & gloria mundi. &c. i. concupiscentia eius transibit. Celum stat. i. permanet: & tamen dictum est ipsi peribunt tu autem permanes: Item celum & terra transibunt. i. immutabuntur aut quantum de se est perient. Et gaudia celi stant. i. permanent et parata sunt quibus deus ea preparauit semper. i in eternum: q2 & regni eius non erit finis stant dico iis quibus manet scz vsq; ad finem vite: alma. i. sancta: hoc est sanctis operibus adiuta: spes boni eterni. Et ideo o anime spernite delitias tam fluxas. i. transitorias. Linquite terre. i. terrenis rebus que terrena sunt: et querite domum perpetuam: que in celis est.

Non vitans discrimen apertum
Ceu qui se demisit in ethnam.
Siue in terre fecit hiatum.
Is stultorum est naue vehendus.

¶ Carmen est quale penultimũ gen9 hoc est quintũ & vigesimũ apud boetium monocolon. Nã versus est dactylicus archilochius tetrameter catalectic9: primi duo pedes possunt esse dactyli vel spondei: vt hic sũt. tertius tantum dactylus quar t9 spõdeus. Inuehit in temerarios & pteruos spõtaneum periculũ obeuntibus. de quib9 dicit Eccle. iii. Qui amat periculũ peribit in illo. Qualis erat

empedocles de quo in sequenti carmine dicam: & secundum quosdã marc⁹ curti⁹ qui quando hiatus terre erat rome & oppleri nequibat & cum ex oraculo cognitum erat ea dũtaxat re opplendũ que esset apud romanos prestãtissima: intelligens equitem posci: se armatum cum equo in eum deiecit: atq ita congestis in eum donariis hiatus obstructus est: cui⁹ ausum forte patrie amor defendit.


Qui vitare negat manifesta pericula demens
Sic veluti merulis intentus decidit auceps
In puteum foueamq\ licet succurrite longum
Clamet io ciues: non sit qui tollere curet
Si curet quis opem ferre et dimittere funem
Qui scis an prudens huc se deiecerit: atq
Seruari nolit dicam: siculiq poete
Narrabo interitum: deus immortalis haberi
Dum cupit empedocles\ ardentem feruidus ethnam
Insiluit\ sit ius liceatq perire volenti
Inuitum qui seruat idem facit occidenti.
Nec semel hoc fecit\ nec si retractus erit iam
Fiet homo et ponet famose mortis amorem.

Qui vitare negat. &c. Scribitur in eos qui preuisa et cognita pericula ob inanem gloriam nõ deuitãt. quorum morbus insanabilis: non secus ac malorũ poetarũ qui sepe admoniti sibi placẽt & in idẽ vitiũ scientes & videntes cadũt. In quos scripsit Hora. ad finem operis de arte poetica fere hanc partẽ immo totã preter primũ versum quẽ ille sic habet. hic dũ sublimis versus ructatur et errat. Nos autem ad vsum nostrũ paucissimis immutatis cõuertim⁹. Est autem ordo & explanatio talis. Si is qui existens demens negat. i. renuit vitare manifesta pericula decidit in puteum & foueam veluti auceps. i. auem captans sup. decidit existens intentus merulis sup. capiendis licet ipse clamet lõgum. i. tempus/ io ciues mei succurrite sup. mihi: nõ sit. i. appareat: qui curet tollere. i. exigere & extrahere ipsum. Et si quis curet ferre opem. i. auxilium & demittere. i. deorsum mittere in puteum vnde lapides aut terra pinguis extracta est funem. i. chordam. Ego astans dicam qui quomodo aut per quod scis an ipse prudens periculum. i. volens & sciens deiecerit se atq nolit seruari. i. salu⁹ fieri et narrabo interitũ poete siculi: empedoclis/ q poeta & philosophus fuit: q cum dixisset se a diis assumendũ in cõsortium deorũ/ vt id suis persuaderet & ita immortalẽ famã obtineret: acceptis calceis ferreis pfectus est in ethnam mõtem sicilie perpetuis fornacibus ardentẽ & se in cratera seu fornacem ardentissimũ proiecit/ relictis tamen calceis illis per quos res cognita est: vnde narrando dicit poeta per modũ apologi. Empedocles dũ cupit haberi. i. estimari & reputari deus immortalis ipse feruidus scz ad intentũ suum/ insiluit ethnam ardẽtem. Sit ius. i. pro iure datum & liceat volenti (Hora. habet poetis) perire. i. interire. Is qui seruat (vulgus dicit saluat) inuitum. i. nolentem seruari: facit simile occidenti. i. ei qui aliquem occidit aut quia equebter molestus est/ aut qui

seruatus non est amplius homo censendus sicut nec occisus, ne supple is qui se iecit in puteum fecit hoc semel. Immo frequenter: nec si erit retractus, fiet iam id est deinceps homo & ponet id est & non deponet honorem mortis famose id est insignis & secundum errorem eius glorie.

Cum faciam superis libamina: sint procul insani
Nec crepitent auium nole mihi, nec canum latratus
Nec faciant crepide murmur graue: nec negociator
Subdola nec meretrix commertia facti: & facello.

Carmen est quale sextum & vigesimum quod est vltimum genus apud Boetium. Est enim monocolon cuius versus est dactylicus: archilochius constans tetrametro buccolico id est quattuor pedibus heroici carminis quorum quartus semper est dactylus, & deinde tribus trocheis. Argumentum est in eos qui rem diuinam interturbant. In quos de immu. eccle. c. decet lib. vi. & l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confu. Multa dicuntur inter que sunt hec In sacrosanctis ecclesiis cum pace & quiete vota competit celebrari. Decet enim domum domini sanctitudo. Cessent in illis consilia, contiones, parlamenta. Cessent vana & multo fortius feda & prophana colloquia. Et postremo quecunque diuinum possunt turbare officium aut oculos diuine maiestatis offendere. &c.



Icite turgentes genere & natalibus altis
Maiorum haud proprio munere conspicui
Cur sic turbatis domini clangoribus edem
Qui sonitu vacuam vultis habere domum?
Cur fertis crepitum nolarum auium que screatum
Pugnantum que sonos in pia templa canum?
Aut cur rostratis pedibus: cum puluere murmur
Tollitis ad sacri flaminis auriculas?
Cur lasciuarum questus auditis ineptos
Quid de prophana sacris edibus accipitis.
Omnia sancta decent edem domini. hec que dicata
Votis & precibus: res vetat illicitas.



Icite turgentes. Inuehit ut dixi in rei diuine obturbatores qui fere nobiles atque ge..rosi sunt: tales enim opibus freti & sanguine superbi cuncta sibi licere putant: & a nemine reprehendunt. Ordo est. O vos turgentes. i. inflati & superbi: genere sup. alto & natalibus altis. i. nobilitate prosapie & stemmatis conspicui. i. clari & illustres munere. i. beneficio & preclaro facinore: maiorum. s. vestrorum: haud. i. non proprio. s. munere dicite: cur vos qui vultis habere domum. s. priuatam vacuam sonitu turbatis edem dni. i. templum aut phanum: clangoribus. s. tintinnabulorum aut nolarum auium rapacium: cur fertis in pia templa strepitum nolarum: & screatum. i. garritum auium & sonos canum pugnantium. s. inter se. Aut cur tollitis. i. excitatis ad auriculas flaminis sacri. i. sacerdotis rem diuinam operantis murmur. s.

strepitum cū puluere. i. simul pluerem: et hoc pedib9 rostratis. i. calceatis calceos oblonga rostra habentes: vt in alemannia ferunt: et olim in gallia: sed galli ro stracionte in ora boule mutauerunt. Cur auditis in tēplis ineptos questus. id est querulas lasciuarum. i. mulierum: ve pro vel: quid. i. ad quid accipitis. i. au ditis edibus sacris. i. templis deo dicatis prophane. i. res illicitas procul a pha no habendas: vt negocia. turpia que nusq̄ licita sunt: et secularia q̄ in templis non sunt tractanda vt iam diximus. Omnia sancta decent edem dn̄i Psal. xcii. Domum tuam decet sanctitudo dn̄e: et hec scz edes dn̄i dicata. i. destinata et con secrata: votis et precib9. Unde Matth. xxi. Domus mea domus orationis vo cabitur: vetat. i. prohibet res illicitas que etiam alibi licerent vt sunt negocia mundana. Unde dominus. Johan. ii. Eiecit de templo oues et boues et nummu lariorum effudit es: et mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant dixit Auferte ista hinc: et nolite facere domum patris mei: domum negociationis.

Post casum tabule si mota lite parentes
Urceolos puero conspiciente: ruunt:
Illius elata iactabitur amphora dextra
Qua iugulum patris mox petet ere carens.

¶ Carmen est pentametrū elegiacū scriptū in eos qui perditis exemplis libe ros suos corrumpunt: vt q̄ coram eis ludunt alea aut tabulis: et deinde mota lite parua et fictilia vasa alter in alterius caput proiiciūt. Nā liberi p urceolis q̄ parua sunt vasa amphoras proiicient: et si per ludū pecunia amiserunt iugulū patris insidiis petent. Urceolos aūt esse parua vasa et amphoras magna osten dit Flac. in arte dicens. Amphora cepit institui currente rota: cur urceus exit. Plura de his in sequenti dicam. Ordo est. Si parentes. i. pater et mater ruunt .i. proiiciunt: urceolos. i. modica vasa orta lite post casum seu iactū tabule et hoc puero conspiciente: amphora. i. vas magnum iactabitur dextra illius scz pueri: qua ipse mox. i. paulo post carens ere. i. pecunia petet iugulum. i. guttur patris.

SI damnosa senem iuuat alea: ludit et heres
Bullatus: quocunq̄ eadem mouet arma fritillo.
Abstineas igitur damnis huiusce: etenim vel
Una potens ratio est ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus: hac ratione
Nil dictu fedum visuq̄ hec limina tangat
Intra que puer est: procul hinc procul inde puelle
Lenonum: cantus pernoctantis parasiti
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras. nec tu pueri contempseris annos:
Sed peccaturo obsistat tibi paruulus infans.

SI damnosa. zc. Carmen est Juue. saty. xiiii. cuius principium est. Pluri ma sunt fuscine sunt et fama digna sinistra Et nitidis maculam ac rugam fi gentia rebus. Que monstrant ipsi pueris traduntq̄ parentes. In qua sanctis


sime docet qua diligentia debeant institui liberi a parentibus. Inter cuiusuerba sunt que premisi. Et illa sane aurea de custodienda pudicitia & innocentia liberorum. Hospite venturo cessabit nemo tuorum. Verre pauimentum nitidas ostende columnas Arida cum tota descendat aranea tela: hic lauet argentum: vasa aspera tergeat alter. Vox domini fremit instantis virgamqz tenentis. Ergo miser trepidas ne stercore feda canino Atria displiceant oculis venientis amici. Ne perfusa luto sit porticus & tamen vno. Semodio scobis hec emendet seruulus vnus. Illud non agitat vt sanctam filius omni. Aspiciat sine labe domum vitiisqz carentem. Gratum est q patrie ciuem populoqz dedisti. Si facis: vt patrie sit idoneus: vtilis agris. Vtilis & bellorum & rebus pacis agendis. Plurimu em interesse quibus artibus & quibus hunc tu Moribus instituas. &c. hec ille: & plura id genus alia. De matre aut turpi dr saty. vi. Scilicet expectas: vt tradat mater honestos. Aut alios mores q quos habet? Unde est ille versicul9. Insequitur leuiter filia matris iter. Sane de castigatione liberorum est etiam illud prouer. xxix. Virga atqz correctio tribuit sapientiam. Puer autem qui dimittitur voluntati sue confundit matrem. Erudi filium tuum & refrigerabit te & dabit delitias anime tue. &c. Sed vt premissa explanem: heres bullatus id est adhuc bullam ferens in pectore in signum ingenuitatis: quem ferebant vsqz ad annum. xiiii. quo virilem togam accipiebat. Arma. id est instrumenta ludendi: vt aleam fritillo id est pyrgo aut tabula lusoria vel. i. etia dociles imitandis turpibus. &c. Lenones sunt puerorum & puellarum productores & questu illoru viuentes si modo viuere censeantur. Parasiti. id est assentantis cibi gratia. Paruulus infans. id est adhuc infans: quia que tunc visa non intelligit: postea recolens intelliget & sequetur.

At bos suppositos vltra petit hostia culteros
Lasciuusqz trucis lanii salit agnus in vinas
Atqz sub absconsas pedicas: volat ales ad escam
Sic ruit insipiens meretricis ad oscula pubes.

¶ Carmen est hexametrum satyricum: heroico in pedibus simile: finitis enim generibus Horatianis & Boetianis constitui vulgatioribus vti: hexametris & pentametris. Inuehimur in incautam atqz improuidam pubem ac iuuentutem que se a meretricibus capi & ad animarum interitum abduci scientes & gaudentes patiuntur: vt in sequentibus ex cap. vii. prouer. latius deducam. Ordo est. At id est quemadmodum bos hostia id est destinatus ad aram vt hostia fiat: petit vltro id est non coactus: cultros suppositos id est clanculum a sacrificulo ante ipsum positos: vt ipse se interimat sic enim gratiorem putabant oblatione & vt agnus lasciuus & petulcus: salit in vinas lanii. id e carnificis: trucis. Et vt ales. i. volucris alat: volata ad escam. i. amore prede: sub pedicas absconsas sic pubes id est multitudo pubescentum insipiens ruit ad oscula meretricis.

Hui fac vites alienigene ac peregrine
Blanditias veneris si tibi chara salus
Ex specula vidi iuuenem vicos obeuntem
Per quos insontum currere turba solet.
Lasciuamqz simul dubia iam nocte vagantis
Thaida conspexi ferre sub ora gradum.

Complexumq̧ tenens miserum: fracto inquit ocello.
    Que pro te voui: dijs mea vita dedi.
Extruxi thalamum: fragat mihi suaue cubile
    Dum vir abest nostris perfruere huberibus
Ille lupam captus sequitur: lanium velut agnus
    Ignorans anime structa pericla sue
¶ Ut sansoq̧ vafre credens arcana puelle
    Uertice detonso robora nulla tulit.



Ill. ꝛc. Totum hoc carmen sumpsi ex illo prouer. vij. Prudentiā voca amicam tuam: vt custodiat te a muliere extranea: ꝛ ab alienigena q̄ verba sua dulcia facit. De fenestra enim domus mee per cancellos ꝓspexi iuuenem: ꝛ videns paruulos. Considero vecordem iuuenē q̄ transit per plateas iuxta angulū: ꝛ prope viam domus illi⁹ gradit̄ in obscuro aduesperascente die in noctis tenebris ꝛ caligine. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio: preparata ad decipiendas animas. Garrula ꝛ vaga: quietis impatiens nec valens in domo consistere pedibus suis. Nunc in plateis: nunc iuxta angulos insidians. Apprehensumq̧ deosculat̄ iuuenem ꝛ procaci vultu blanditur dicens. Uictimas pro salute tua deuoui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursū tuū desiderans te videre ꝛ reperi. Intexui funibus lectulū meū: straui tapetibus pictis ex egypto. Aspersi cubile meum myrrha ꝛ aloe ꝛ cynamomo. Ueni inebriemur vberibus: ꝛ fruamur capitis amplexibus: donec illucescat dies. Non est enī vir in domo sua: abiit via longissima. Sacculum pecunie secum tulit: in die plene lune reuersur⁹ est ī domum suam. Irretiuit eū multis sermonib⁹: ꝛ blanditijs labiorū protraxit illū. Statim eam sequit̄ quasi bos ductus ad victimā: ꝛ quasi agn⁹ lasciuiens ꝛ ignorans: ꝛ nescit ꝙ ad vincula stultus trahatur donec transfigat sagitta iecur eius velut si auis festinet ad laqueū: ꝛ nescit ꝙ de periculo anime illius agit̄. ꝛc. hec illic. Unde nr̄a patent paucis saltem expositis. Ueneris. i. meretricis cuius questum venus instituit in cypro. E specula. i. e fenestra alta ad speculandum apta Obeuntē. i. simul: thaida. i. meretricē lasciuā: ferre gradū. i. gressū sub ora. i. ante faciem iuuenis vagantis nocte iam incerta. i. in ipso crepusculo noctis: fracto petulanti ꝛ lasciuo que scilicet vota mea vita: sic grece blandiuntur authore Iuuenale. Suaue. i. suauiter: fragat. i. spirat. Lupam. i. meretricem vnde lupanar dictum. Structa supple esse pericla: pro pericula Cetera manifesta puto.

Sic sua qui credunt cuiq̄ secreta tacenda:
    Mox agitant curis tempora plena malis.

¶ Scribit in eos q̄ secreta sua tacere nequeunt: sꝫ ea vel in abditissimo loco proferūt: ꝛ venenū animi sui expuunt: putantes nullū adesse. In quos dr̄ Eccle. x. In secreto cubiculi tui nō maledixeris diuiti: q꞉ ꝛ aues celi portabunt vocē tuā ꝛ q̄ habēt pennas annunciabūt sententiā. Et eiusdē. xix. Amico ꝛ inimico noli narrare sensū tuū: ꝛ si est tibi delictū noli denudare. Ordo est. Ut sanson credens archana. i. secreta sua: puelle vafre. i. callide vꝫ dalide tulit. i. abstulit nulla robora vertice detonso. i. amissis capillis. Sic q̄ credunt cuiq̄ sua secreta tacenda. id est q̄ deberent taceri; agitant mox tp̄a plena curis malis: q꞉ timēt ea reuelari.

SEcretum mentis tu nunq̄ pande marite
Quodq̧ velis tacitum caue cuiq̄ dixeris ipse
Nam tua si nequeas reticenda tacere: quid optes
Qui sine iactura manifestent: posse silere?
Non potuit tonsor secreta mide reticere
Sed tulit ad cannas: canneq̧ tulere sub auras.
Si sanson sedem virtutis conticuisset
Non excecatus sublato crine molares
Verlasset: nec achab spoliasset vite nabothum.
Cum vita si non vxorem consuluisset.
Nec terra oicliden viuum armatumq̧ vorasset
Si sua celasset tristissima fata eriphylen.

SEcretum. xc. Ut ex titulo patet scribit in eos qui secreta sua tacere nequeunt: in quos dicitur Eccle. x. In secreto cubiculi tui non maledixeris diuiti: q2 & aues celi portabunt vocē: & q̄ habēt pēnas annunciabunt sententiam. Et eiusdē. xix. Amico & inimico noli narrare sensum tuum: et si est tibi delictū noli denudare. Multi aūt perierūt q̄ secreta sua vxorib9 patefecerūt: vt sāson: vt amphiareus q̄ cum eriphyle vxori dixisset se periturū si in bellū thebanū proficisceretur atq̧ ita latere vellet: illa ob monile ipsum prodidit q̄ statim vt in terrā hostilē venit viuus & armatus a terra absorpt9 est. Preterea si achab vxori sue iezabel indicasset consilium suum de vita naboth habenda: non illū vxoris cōsilio occidi curasset. Quod vero q̄ secreta aliorū noscūt tacere nequeunt docent fabule per tonsorem mide: qui cui cū deprehendisset illi esse auriculas asininas & tacere amplius nequisset fertur in locū palustrem abiisse atq̧ inter cannas palustris inclamitasse auriculas asini midas habet: quam vocem canne vento agitate rettulerūt: atq̧ ita res nota erat. Quod in ecclesiastico de auib9 dr̄ approbat Colpardus tali apologo. Erat inquit Iudeus pertransiturus nemus obsessum latrone quocirca cum solus pertransire non auderet castellum ingressus a domino quem iustum nouit: comitem accepit. Is autem cum in medio nemoris esset sciens grandem esse iudeo pecuniam: vim inferre cepit quo rumore excitate perdices auolarant: & iudeus si inquit contra fidem datam me occideris he volucres facinus indicabunt ille subridens: experiar inquit: et homine occiso, cum preda rediit iusto peracto tempore: dominoq̧ significauit illum saluum transiisse. Paulopost capte perdices domino afferuntur ab illo infido comite: qui cum se a risu continere nequiret: sciscitāte domino causā risus etiam tormentis facinus aperuit & penā dedit. Secretū catonis est. quodq̧ velis tacitū: ex seneca est sumptū. Sine iactura. i. sine dāno. Sedē virtutis. i. locū virium. Oicliden amphiareum oiclei filiū. Cetera nota sūt.

Quisquis ob era domum vetulam sibi ducit ineptam:
Hinc requiem sperans: et pacis gaudia victus
Errat vt arainam qui in podice querit aselli.
Nam litem et curas: vt stercora colligit ille.

# De ob diuitias vetulam ducentibus. Ti. xlix.

¶ Carmē est hexametrū satyricū scriptū in eos q̄ vxores vetulas ducunt ob ingentē thesaurū: sperātes requiem iam parto victu: sed lōge aliter euenit. Nā vt iuuenalis dicit. Intolerabilius nihil est ꝙ femina diues: vnde sicut statim dicā mulier diues: in aurē vtrāq; quādoquidē dotata est cubat. i. vt libet nūc anteriora nūc posteriora ad maritū ꝯuertit. Sūt ergo q̄ tales ducūt similes illis qui vt est in ꝓuerbio teutonico: aruinam sub cauda seu in podice: aut vt dicūt culo asini esse putāt: ꝛ supponētes trullam pro aruina stercora colligunt. Ultimi versiculi ordo est. Nam sup. talis colligit litem ꝛ curas ob vxoris superbiam: sicut ille qui querit aruinam in podice aselli colligit stercora.

Quisquis rugosam vetulam sibi ducit ob era
    Ducitur a nummis conditione graui
Nam libertatis mox totum perdit is assem
    Atq; voluptatis vix tenet vnciolam:
Intolerabilius nihil est ꝙ femina diues
    Inq; aurem ob dotem dormit vtramq; suam
Nulla fere causa est in qua non femina litem
    Mouerit: vt tecto pellat et vrbe virum
Malo venusinam ꝙ te cornelia mater
    Gracchorum: fastum non queo ferre tuum.
Ergo parem ducam que me colat et vereatur:
    Aut celebs castum semper habebo thorum.

Quisquis. ꝛc. Scribit in eos q̄ ducunt vxorē plusq̄ diuitias mores inquirunt iuxta illud Iuue. Protinus ad censum de moribus vltima fiet q̄stio. ꝛc. Uerū vt dr̄ ꝓuer. xix. Domus ꝛ diuitie dātur parētibus: a dn̄o aūt ꝓprie vxor prudens: sed vt ordinē ꝛ expositionē nostrorū versiculorū ex variis sumptorū percurram. Ordo est. Quisquis. i. quicunq; ducit sibi vetulā rugosam: ob. i. ꝓpterea. i. pecuniam ꝛ diuitias: is sup. ducit a nūmis. i. fit a potestate nūmorū: graui conditione. i. statu vite. Nam is perdit mox totum assem. i. plenam summā libertatis: hoc est nihil tenet libertatis ꝛ vix tenet vnciolam. i. minimā partē voluptatis. Quia vt dicit Iuuenalis saty. vi. Nihil est intolerabilius ꝙ femina diues: q2 dotata est imperat ergo viro. ꝛ vt apud aulum gellium ex menandro habetur. In aurem vtramq; quandoquidem dotata est: cubet re confecta magnifica ꝛ negocio inclyto. Et paulopost. Me miserum qui creobulam duxi ꝛ talenta decem nauam mulierculam cuius superbia adeo intolerabilis est. ꝛc. Dicit aūt in dotata aurē vtrāq; cubaret q2 si ad dexterā partem iacet in aurē dexterā cubat aduersa viro. i. habēs faciem ad ipsum versam. In sinistram vero auersa. i. habens dorsum ad virum: quod superbe ꝛ minus reuerentis virum est. Nulla causa est fere in qua femina non mouerit litem: vt pellat. i. pellere possit virū tecto. i. domo et vrbe. i. oppido: q2 tecta iugiter pstillātia litigiosa est mulier. Tecta autem perstillantia fugare solent hospites. Malo inquit Iuuenalis venusinam. i. mulierem semirusticam ꝛ ex modico oppido: ꝙ te cornelia mater gracchorum scz duorum seditiosorum: quia non queo ferre fastum: id est superbiā

suam quod Iuuenalis dixit. Si cum magnis virtutibus affers. Grande supercilium & numeras in dote triumphos. Ergo qz libertatem amittere nolo: nec vxorem pati vetulam: ego ducam parem. id est pari conditione & etate que colat & vereatur me. Aut ego celebs id est in celibatu. Hoc est extra coniugium viuens habebo thorum semper castum id est impollutum.



iuor tabificum malis venenum
Intactis vorat ossibus medullas
Et totum bibit artubus cruorem
Quisquis furit inuidetqz sorti
(Ut debet) sibi pena semper ipse est
Testatur gemitu graues dolores
Suspirat gemit: incutitqz dentes
Sudat frigidus intuens quod odit.
Effudit mala lingua virus atrum.
Pallor terribilis genas colorat
Infelix macies tenudat ossa.
Non lux non cibus est suauis illi.
Non potus iuuat aut sapor lyei.
Nec si pocula iuppiter propinet.
Atqz hec porrigat & ministret hebe.
Aut tradat ganymedes ipse nectar.
Non somnum capit aut quiescit vnqz
Torquet viscera carnifex cruentus
Vesanos tacitus mouet furores
Intentans animo faces et pinnis.



iuor. &c. Carmen est totum virgilianum: est autem monocolon: nam versus est vbiqz dactylicus phaleucius pentameter hendecasyllabus: constans spondeo dactylo & tribus trocheis. Scribitur contra inuidiam seu liuorem. Liuor tamen proprie est macula plumbei coloris ex compressione facta. Tibullus. Tum succos herbasqz dedi qua liuor abiret quem facit impresso mutua dente venus. Sz qz inuidus talem fere contrahit colorem idcirco liuor pro inuidia: & liuidus pro liuido passim accipitur. De inuido autem di. Eccle. xiiii. Qui sibi inuidet nihil est illo nequius: & hec redditio est malicie illius. Et si bene fecerit ignoranter & non volens facit & in nouissimo manifestat maliciam. Nequam est oculus liuidi & auertens faciem suam: & despiciens animam suam. &c. Si queras quomodo sibi inuideat: dicam omnem inuidum & corporis & anime sue saluti inuidere: qz liuor corpus exedit. Unde in epi. Hor. Inu-

uidus alterius rebꝰ macrescit opimis Inuidia siculi nõ inuenere tyranni Maius tormentum. Unde Alanus comparat inuidiã ethne q̃ seipsam cõsumit dicens. Ne quicq̃: nisi se valet ardens ethna cremare. ⁊c. Et ideo hic dr̃ tabificũ venenũ malis: qꝛ non nocet inuiso q̃ bonus fere est. Unde Mart. Omnibꝰ inuideas liuide nemo tibi: sꝫ inuido. Ordo est. Liuor existens venenũ tabificum. i. in morem tabi lente consumens malis. i. inuidis: vorat medullas. i. inuidorum ossibus intactis. Et bibit artubus totum cruorẽ. i. bonũ ꝙ. i. qꝛ quisquis furit: inuidet sorti scꝫ alterius ⁊ est semper sibi pena vt debet: Nam testat gemitu graues dolores mentis scilicet. Suspirat gemit ⁊ incutit dentes. Sudat frigidus ex angore: intuens qđ odit. Lingua mala scꝫ eius effundit virus. i. venenum atrum. i. nociuum Pallor terribilis colorat genas sup. eius ⁊ macies infelix: qꝛ ex opimis rebus alteriꝰ nata: renudat. i. detegit ossa. lux non est suauis (Est aũt trissyllaba vox) illi ⁊ cibus non est suauis illi. Potꝰ non iuuat. i. nõ delectat eũ. nec sapor lyei. i. vini: nec. i. nõ ẽt si iuppiter ꝓpinet pocula: atq; hebe filia iunonis ⁊ pincerna deorꝫ porrigat ⁊ ministret: aut si ipse. i. pulcherrimꝰ puer ganymedes: tradat nectar. i. potũ deorꝫ: qꝛ liuor existens carnifex cruentꝰ torquet. ⁊c.

¶ Qui defendere delictum q̃ vertere mauult
Quis sit monitus: venia caret vt cythareduo
Ridetur chorda qui semper oberrat eandem:
Et meliora satis intentus plectra repellit.

¶ Scribitur in eos qui se incorrigibiles exhibent vt sunt omnes stulti sibi placentes. In quos dr̃ prouer. xxiij. In auribus insipientiũ ne loquaris qꝛ despicient doctrinam eloquij tui. Et eccle. xxij. Cum dormiente loquitur qui enarrat stulto sapientiam. Et ideo dr̃ prouer. ix. Noli arguere derisorem ne oderit te. Argue sapientem: ⁊ diliget te. Nõ plebeis dr̃ versiculis Argue consultũ: te diliget. Argue stultum: auertet vultũ nec se dimittet inultum. Tres primi versꝰ sunt hor. in arte poetica: sed nõ quo ordine ponuntur. Quartus est noster ad picturam aspiciens. Ordo est. Qui mauult. i. magis vult: defendere delictum. i. suum: q̃ vertere. i. corrigere ⁊ emendare: quis sit monitus scilicet a sapiente: is supple caret venia vt cythareduo. Cetera nota sunt.

Stultorum (numerus quorum infinitꝰ habetur)
Pessimus est: sapiens qui sibi visus iners
Non etenim cuiq̃ credit bona rite monenti:
Sed sibi consuetam perstrepit vsq; notam.
Nec cytharam tangit: nec barbiton: atq; sonora
Plectra: sed inflato concitat vtre sonum.
Dulcius hoc nihil est: nihil est concinnius illi
A quo si reuocas: iurgia seua mouet.
Tales scismatici sunt ⁊ qui praua suorum
Auctorum verbis sensa tuenda putant.
Est etenim tepidus nulla reuocabilis arte:
At feruens bonus est\ frigidus esse potest.

Stultorum.etc. Invehitur in eos qui corrigi nolunt nec admoniti se errasse fateri volunt: quorum error perniciosissimus est et aliis et sibi. nam in eo genere sunt omnes heretici: pertinaciter errores suos defendentes omnes preterea improbandorum irrevocabiles assertores ut qui in verba alicuius philosophi seu doctoris sic iuraverunt ut authoritate potius quam ratione inducti nulla ut ad revocandum ab illo negligenter dicta adduci possunt. Contra quos dicit Seneca. Non te moveat dicentis authoritas: sed quid dicatur attende. Tales preterea sunt sibi placentes ut qui neque plane sunt frigidi: id est a charitate remoti: quia non enormiter peccant: nec tamen ferventes charitate sed tepidi de cuiusmodi salute desperare videtur divus Ioh. apocal. iii. Scio opera tua: quia neque frigidus es: neque calidus. Utinam frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es: et nec frigidus nec calidus incipiam te evomere ex ore meo: quia dicis quod dives sum et locupletatus. et nullius egeo et nescis: quia tu es miser et miserabilis et pauper: et cecus et nudus. Ordo autem est. Pessimus stultorum quorum numerus habetur infinitus: est inter quibus est sibi sapiens. Etenim non credit cuiquam monenti bona rite: id est decenter sed perstrepit usque: id est semper: notam: id est mensuram cantus consuetam sibi. Nec tangit cytharam nec barbiton aut plectra sonora: sed concitat sonum utre. i. sacco ex corio: inflato. i. quem inflat: vulgo cornutam vocant musam: nihil est illi: id est quantum illi videtur dulcius. hoc scilicet utre inflato: et nihil est concinius: id est maiorem symphoniam faciens. A quo si revoces eum: ipse movet seva iurgia. Tales sunt scismatici et heretici, et qui putant tuenda verbis scilicet retrorsa sensa prava: id est perversas opiniones suorum authorum. Etenim tepidus est revocabilis nulla arte. At fervens scilicet charitate est bonus, et frigidus potest esse bonus quia agnoscit malum suum. Et ideo plures manifestos peccatores ad penitentiam conversos videmus quam hypocritas aut sanctitatis simulatores: et ut dixi tepidos.

Omnia si certo volvuntur cardine fata
    Nec novit falli qui videt illa deus:
Si me damnandum prescivit: damner oportet.
    Sin sit salvandum me sine salvus ero.
Sic repetens cesso: veluti volet aura sub ora
    Illa: sed ut cancer spes mihi vana meat.

¶ Scribitur in stultos qui propterea quod deum omnia prenosse sciunt nihil agere volunt dicentes si predestinati sumus ad gloriam salvi erimus: sin presciti ad damnationem frustra reluctemur: oportet enim damnemur. in quo nihil efficacius dici potest quam illud pauli Romanorum. ix. O homo tu qui es quid respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quid me fecisti sic? etc. Et illud aug. Si non es predestinatus ora ut predestineris: nec verum est quod stultus dicit si predestinatus sum salvabor etiam sine me: quia ut dicit idem aug. Qui fecit te sine te non salvabit te sine te: sed quia scriptum est mitte archana dei. de his sobrie mihi disputandum censeo: ut cancer meat: id est retrorsum ambulat.

Hei mihi quid damnant mortales numina celi
    Esse aiunt etenim per nos mala: cum tamen ipsis
Vecordi preter fatum sint mente dolores
Libera sunt cuivis arbitria. nec deus illa

Cogit: at optatum qui vult attingere portum
Utitur aut ventis (si dat deus ipse) secundis
Aut contra aduersos: obluctans arte\lacertis
Incumbit validis: et remis flamina vincit.
Ni tibi defueris non deerit gratia diuum.
Qui condit fatum medium quoqꝫ condit ad ipsum
Non est cessandum: nec frustra vota precesqꝫ
Fuderis: vt medicam non frustra oraueris artem.

HEi mihi. Tria prima carmina sunt Auli gellij lib. vi. cap. ij. q̄ a pithagoreis hāc sententiam affert. Noxios hoīes spōtaneas haurire calamitates quasi detrimēta singulis a seipsis fiāt ꝛ suo spetu deliquāt ꝛ in incōmoda ruāt sua volūtate atqꝫ pposito. Propterea negat oportere ferre audiriqꝫ hoīes aut nequā aut ignauos: ꝛ nocētes ꝛ audaces: q̄ cū in culpa ꝛ maleficio reuicti sunt perfugiūt ad fati necessitatē tāq̄ in aliquod phany asylū: ꝛ q̄ pessime fecerunt ea nō sue temeritati sꝫ fato esse attribuēda dicūt. Primꝰ aūt homo sapiētissimus ꝛ antiquissimꝰ poetar̄ dixit id hisce versib9. Hei mihi. ꝛc. Itēqꝫ. M. Cicero in lib. quē de fato scripsit cū q̄stionē istā diceret obscurissimā esse iplicatissimā Chrisippū quoqꝫ philosophū nō expedisse se in ea re refert his verbis Chrisippus estuās laborāsqꝫ quonā pacto explicet ꝛ fato oīa fieri ꝛ esse aliq̄d liberū in nobis intricat hoc modo. Hec ille. de qua re multa habētur apud boetiū lib. v. de ꝯsolatione. Ubi cū pvidētia diuina simul stare libertatē animi docet familiari exēplo videntis aurigā agitare currū. Nā tātisper dū ille videt hic non pōt nō agitare: ꝛ tamē illius visus nullā huic vim affert. Sed disputēt hec theologi. Ordo est. Hei mihi quid. i. ad q̄d dānant. i. incusant mortales numina celi. Etenim ipsi mortales aiunt mala sup. sua: esse per nos scꝫ numina celestia in quor̄ persona hec dicūtur: cū tamē dolores. i. animor̄ hoc est vitia vnde nascuntur dolores: sint ipsis scilicet mortalibus/mente vecordi. i. propter mentem vecordem preter fatum. i. necessitatem fatalem. Arbitria sunt cuiuis scilicet homini libera: nec deus cogit: illa at qui vult attingere portum optatum vtit̄ aut ventis secundis si deus det sup. eos: aut obluctans contra aduersos scilicet ventos arte: id est industria: incumbit validis lacertis: ꝛ remis vincit flamina id est ventos contrarios. hoc est ociosus non est: neqꝫ tu cessare debes. Nā gratia diuum non deerit tibi nisi tu defueris tibi. Nec putes ꝙ sine opera tua salutem haberis: quia deus qui condit fatum condit quoqꝫ medium ad ipsum: id est qui finem prouidet etiam media in ipsum prouidet: non est ergo cessandum. nec fuderis frustra vota et preces vt non oraueris frustra artem medicam. quam tamen qui facto omnia attribuunt inutilem censerent.

Chironomon ledam molli saltante batillo
Tuccia vesice non imperat: appula gannit
Sicut amplexu: subitum et miserabile: longum
Attendit thymele: thymele tunc rustica discit.

¶ Carmen est Iuuenalis saty. vi. quo ostēdit lasciuos mores choreas ducitantium ꝛ cerent vt in sequenti dicā nihil dissolutius aut ad libidinē procliuius fieri a plerisqꝫ solet ꝙ saltatio illa ab idolatris vt patet exo. xxxij. inuenta. verum

ut vocabula lectorẽ nõ fugiant leda pprium nomen est saltationis lascive que fiebat gestu manuum. sicut saltatio que nũc alemãnica dr ꝗ ab alemãnis inuẽta: sed a gallis nimis observata est. Chironomos aũt adiectiuũ est cõis generis apud grecos: significãs ad motũ aut normam manus factile. Nam ibi chiros dicitur manus nomo moveo ⁊ nomos l. x ⁊ norma. vnde chironomia. i. manuũ lex in motu servãdo. Thymele proprie dr pulpitum ⁊ scena. thymelicos histrio. Unde tali competit choreas discere. Tuscia mulier tusca. appula ex appulia. Subitum miserabile longum. genera sunt passuum in saltatione.

Quis mala que peperit demens saltatio cuncta
Suppetet: aut elegis explicet exiguis?
Nullo maiorem faciunt discrimine mores
Iacturam ingenui turgibus atqꝫ choris.
Nam quid contactus: quid lubrica suauia dicam:
Quid digitos nequam? quid sine fronte iocos?
Composito extinctis paphia suadente lucernis
Quam tenuit comitem turpis amator init.
Conflatum ex auro vitulum iudeus adorans
Et circunsaltans hec mala progenuit
Nunc male sana cohors sequitur: cum tempore festo
Sanctius in glebas presset aratra graues.

Quis mala. ⁊c. Inuehitur in insipientes chorearũ ⁊ saltationũ amatores et amatrices: qui sepe capitalia illa. vii. peccata ꝯmittunt aut re aut volũtate: nã de superbia nihil est ambigendũ cũ videamus maiori ambitione choreas ꝙ funera duci: multosqꝫ inanissime nature bona ostentare ac iactare. Auaricia vero in tibicinibus est: ⁊ in ancillis aut etiam filiabusfamilias que furantur hero aut patri quibus postridie conducant que munera domestica curẽt: cũ ipse defatigate sint aut quibus istriones ⁊ tibicines conducant. Luxuria omnibus muneribus expletur. Inuidia feruet: dum imperitiores aut minores peritioribus ⁊ potentioribus inuident. Gula sepe preit: ⁊ nõnunꝙ subsequit. presertim in potu. Ira ex preuenta aut surrepta preda iuuenibus innascitur. Accidia seu pigricia postridie regnat. Unde nõ ab re dr psal. xi. In circuitu impii ambulant. Ordo est. Quis suppetet. i. enumeret aut explicet: elegis. i. elegiacis versibus: exiguis. i. modicis cuncta mala que saltatio demẽs. i. dementium: aut dementes faciens peperit? q. d. nullus. Nã mores ingenui. i. decentes igenuos in nullo discrimine. i. periculo faciunt maiorem iacturam. i. perditionem aut damnũ: atqꝫ. i. ꝙ in choris. i. choreis turpibus. Nam quid. i. ad quid: dicã contactus sup. lubricos? ⁊ quid dicã suauia. i. basia lubrica. i. pinguia ⁊ lasciua. Quid dicam digitos nequam. i. lasciuos ad aliud nihil valentes. quid sup. dicam iocos id est sermones iocosos: sine fronte. i. sine verecundia? Amator turpis. i. ad turpitudinem: init. i. opprimit eam comitem. i. consaltatricem quam tenuit prius: et hoc lucernis. i. luminibus nocturnis extinctis composito. i. ex industria: et hoc paphia. i. venere que in papho precipue colebatur: suadente. i. cohortante.

Judeus.i.populus israel:adorans vitulam conflatum ex auro vt habet exodi.xxxii. et circumsaltans.i.choream ductitans:progenuit hec mala. Et cohors male sana.i.stulta sequitur.i.imitatur hunc scz iudeum cum presset.i.frequenter premat tempore festo:aratra in glebas.i.in globos terre pinguees sanatus.i.sine maiore peccato. Author est diuus Augustinus.

Stulta nec fatum metuit iuuentus
Nec minas celi:modo cantet amens:
Me tuo longas pereunte noctes
Lydia dormis?

Carmen est saphicum. Scribitur in eos:quorum(vt dicitur Esaye.xxix.)sunt in tenebris opera:et dicunt. Quis videt nos et quis nouit nos? Item sapi.xiiii. Insanie plenas vigilias habentes.neque vitam neque nuptias mundas iam custodiunt. vnde Seb. brant.per plateas nocturno tempore currit. Carmen et exclusus flebile cantat amans. Ordo hic est. Juuentus.i. multitudo iuuenum stulta nec metuit fatum.i.mortem imminentem:vt in sequentibus dicam:nec minas celi.i.aeris vtpote frigus et imbres:aut dei celestis contra cuius ordinem facit de tenebris lucem et de luce tenebras:modo:id est dummodo cantet amens:id est furens. O lydia.scilicet amica vt est apud horatium:dormis tu longas noctes:me tuo.i.qui sum tuus pereunte?

Respice stulte nigre diuersa pericula noctis
Quod spacium tectis sublimibus: vnde cerebrum
Testa ferit:quoties rimosa et curta fenestris
Uasa cadant in te:possis ignauus haberi
Et subiti casus improuidus ad cenam si
Intestatus eas:adeo tot fata:quot illa
Nocte patent vigiles:te pretereunte fenestre
Ergo optes votumque feras miserabile tecum:
Ut sint contente patulas effundere pelues
Nec tamen hoc tantum metuas:nam qui spoliet te
Non deerit clausis domibus:postquam omnis vbique
Fixa catenate siluit compago taberne.
Interdum et ferro subitus grassator agit rem
Dum tu intempesta cantas sub nocte puellas.



Espice.etc. Carmen est paucis mutatis. Juuenalis saty.iii. quo pericula nocturna commemorat:quod ideo adduximus vt nocturnos stultos auertamus a stultis excursibus. Ordo est. O stulte respice diuersa pericula(commemorat enim longe plura ibidem satyricus) nocte nigre:id est caliginose sub qua cum nemo internoscatur nemo tutus est:respice inquam quod:id est quale spacium sup.sit:tectis sublimibus vnde:id est de quibus testa scilicet precipitata ferit.i.concutit cerebrum scilicet preterire volentis:et respice quoties vasa rimosa:id est habentia rimas multas et fissuras.et curta scilicet ablata parte cadant in te fe-

nestris: id est de fenestris aut per fenestras possis haberi id est reputari ignauus & improuidus casus subiti: si eas intestatus. i. priusq̄ feceris testamentum tuū ad cenam: quanto igitur magis vbi totam noctem discursurus abis. Adeo. i. in tantū supple sunt tot fata. i. genera mortis: quot fenestre vigiles. id ē aperte vt sunt vigilantium oculi: aut in quibus sunt vigiles parent te pretereunte. Ergo optes scʒ merito: & feras tecum votū. i. desiderium miserabile: vt scʒ ancille aut fenestre: sint contente effundere in te pelues patulas. i. semper patentes: & sup. non proiicere ipsas pelues aut testas. Nec tamen metuas scilicet merito tantum hoc: nam is qui spoliet te non deerit. i. presto erit domibus clausis. i. postq̄ domus erunt clause: & postq̄ omnis compago. i. consolidatio & clausura taberne id est apothece: aut repositorii rerum venalium: aut etiam vt nunc caupone dicitur autem a talibus: estq̄ ad res vendendas ex tabulis compacta statio: catenate. i. claudi catena omnes tabulas contingente solite: siluit fixa. i. firmiter clausa vbiq̄ Grassator subitus id est violentus sicarius subito occurrens: agit interdum rem scilicet intentam id est necem ferro: dum tu cantas puellas aut puellis nocte intempesta id est sub qua nihil tempestiue fit.

Stultus ad alterius preceps incendia fertur
Neglectisq̄ suis: sedat flammas alienas
Uir prudens fratri sic consulit atq̄ propinquis
Ut sibi prospiciat: quia proximus est sibi quisq̄.

¶ Stultus. &c. vt in titulo patet. Satyra hec scribitur in eos qui propria negligunt & aliena curant: qui certe plurimi sunt: cum tamen caritas a seipsa incipiat: nam quod scriptum est ordinauit in me charitatem: sic quidam intelligunt: vt verus ordo sit vt supra omnia diligamus deum: per quem sumus & cōsistimus: deinde nos: & tum proximum vnde & Teren. in andria. proximus sum egomet mihi. Ordo est. Stultus fertur preceps id est precipitanter ad incendia alterius: & sedat. i. extinguit flammas alienas: neglectis suis. i. propriis. Uir prudens concidit id est conspicite sic fratri/ atq̄ propinquis: vt prospiciat id est prius consulat sibi: quia quisq̄ est proximus sibi. Et vt dicitur charitas a se incipit. Unde est illud. Miserere anime tue placens deo.

Cur ville alterius restinguis fontibus ignem?
Ecce tuas edes deuorat ignis edax
Cumq̄ tui sitiant rapidis sub solibus agri
Cur stolide alterius prata rigare paras?
Si sapis atq̄ tuis rebus male consulis ipse:
Te nolim rebus consuluisse meis.
Si tua res agitur paries dum proximus ardet:
Cuius res agitur dum tua tecta crepant?
Ipse tuis rebus bene consule: deinde alienis:
Utilis est nulli qui sibi adesse nequit.
Dulce quidem est curis alienum auertere casum
Sed stultum est proprium non fugitare malum.



Arvi ville alterius. Invehitur in eos qui aliena curant & sua negligunt. In quos multa habentur. In.l.culpa est.ff.de re.iu. Et in cap.non est sine culpa de reg.iu.lib.vi. Inter que sunt. Agris tuis sitientibus alieni irrigandi non sunt. Unde illud prouerb.ix. Si sapiens fueris tibimetipsi eris: si autem illusor: solus portabis malum. Differt autem hic titulus ab isto ubi dictum est medice cura teipsum: quia hic reprehenduntur qui sua commoda negligunt & aliena procurant illic qui sua vitia non vident & aliena perspiciunt. Ordo est. Cur o stolide restinguis fontibus ignem ville id est quo comburitur villa hoc est domus rustica alterius? Ecce.q.d.si nescis ignis edax: deuorat tuas edes: scilicet urbanas que tibi magis cordi esse debent. Et cum agri tui sitiant. id est siccitatem patiantur sub solibus rapidis: curparas rigare prata alterius: si tu sapis id est sapiens es: atque ipse: id est tu consulis: id est prospicis male rebus tuis: ego nolim te consuluisse rebus meis quia. Qui sapiens sibiipsi prodesse nequit: nequicquam sapit. Si: ut inquit Horatius in epistolis: res tua agitur: dum paries proximus ardet: dic sap. cuius res agitur dum teda tua crepant: id est crepitum dant dum regule dissoluuntur igne. Ipse id est consule bene rebus tuis: & deinde alienis. Is qui nequit adesse. id est auxilio esse sibi est utilis nulli. Est quidem dulce. id est utile & iucundum: sicut apud Maronem in buccolicis. Dulce satis humor. & cetera. euertere casum alienum id est proximi tui: sed est stultum id est pertinet ad stultum: non fugitare id est non frequenter effugere/aut fugare (nam ab utroque potest deduci) Et utriusque significatio loco congruit: fugimus enim mala que vincere nequimus: sed fugamus dum potentiores sumus malum id est incommodum proprium ut est malum pene: nam de malo culpe prius diximus.

¶ Quem sepe ingratum cognouit multa precantem
 Rusticus hunc colapho: vir grauis ore fugat
Ingrato nulla est: partha censore: putanda
 Turpior: atque probo res minus apta viro.

¶ Invehitur hoc carmen in ingratos: tam diis quam hominibus inuisos. Siquidem ingratitudo exsiccat omnem fontem bonitatis. Unde apud persas authore herodoto nullum vitium existimabatur capitalius. Ea autem pena vulgo mulctantur ingrati: quod dum viuamus beneficium etiam sepe orant: exorent nunquam. Sed quia in sequentibus plura dicam. Ordo est & explanatio hic est. Rusticus id est vir durus & agrestis qui secundum Virgilium non miseratur egentem fugat colapho id est iuste aut baculo hunc quem precantem multa id est multum cognouit supple fuisse sepe ingratum. Et vir grauis fugat id est pellit a se hunc: id est talem ore id est verbis ab ore prolatis.

Hertilium similes grati viuamus agrorum.
Et quod contulerint in nos referamus amicis
Longe plura bonis: memori nam reddere mente
Dignius ingenuo nihil est neque pluris habendum
Hec siquidem fidos parit & conseruat amicos.
Hec facit officijs multos certare priores
Hec fontes aperit bonitatis: & omnia pandit

Scrinia: nec dignos permittit rebus egere
Omnia que videas ingrato pectore verti
Nec tantum gratis in te collata repones.
Verum etiam miseris mercedem ac iusta laboris
Premia persolues vbi transijt hora diei.
Nec maneat tecum sub crastina tempora merces.
Nam nescis an sit tibi crastina lux oritura.



Ertilium. rc. Sicut attestatur Cicero in libro officiorum hesiodus iussit in beneficiis reddendis imitari agros feraces: qui longe plus q̄ acceperint referunt. Ingratitudo enim est ille ventus exurens et desiccans fontem omnis bonitatis. Sed vt rem notam paucis absoluam. Ordo est. Viuamus vt inquit hesiodus grati existentes similes agrorum fertiliū. Et referamus lōge pluris amicis bonis. i. beneficiis. q̄ sup. ipsi contulerint in nos. i. q̄ liberaliter aut intuitu pietatis nobis dederint. Nam nihil est dignius ingenuo. i. libero homine: neqȝ habendum. i. estimandum pluris: q̄ reddere mente memori si desit facultas referendi. Siquidem. i. quoniam: hec scilicet gratitudo mentis parit. i. acquirit et conseruat amicos fidos. hec scȝ eadem facit multos certare officio priores scȝ q̄ q̄ referant: qȝ qui se in vnum ostendit gratum: multos inuitat ad bene faciendum. hec etiam aperit fontes bonitatis: et pandit. i. reserat omnia scrinia: nec permittit dignos egere rebus: que omnia videas. i. quilibet videat verti. i. immutari aut peruerti: ingrato pectore. i. per ingratitudinem. nec repones. i. persolues tantum collata in te gratis. i. sine spe retributionis. verumetiam persolues miseris scȝ mercennariis mercedem ac iusta premia laboris vbi. i. postq̄ hora diei pertransiit. i. finito labore diurno. Unde scriptum est. Quicunqȝ tibi aliquid operatus fuerit statim ei mercedē restitue. Et merces mercennarii tui apud te omnino non remaneat. vnde addo. Nec merces maneat tecum sub id est vsqȝ ad tempora crastina. Causam affero: nam nescis an lux crastina sit oritura tibi. Unde Horatius: vt prius citaui. Quis scit an adiiciant hodierne crastina summe tempora dii superi.

Dulce modo stulto est quod coxerit ipse polenta
Nec videt in speculo quod se sit pulchrius ipso.
Qui sibi displiceat vir est reperibilis vsq̄.
Cum tamen in proprio videat facto bene nemo.

¶ Scribitur in eos qui sibi placent et proprie prudentie innituntur contra illud Prouerbi. iii. Ne innitaris prudētie tue. Quod opportune precipitur: qȝ facile eqiualem⁹ recta ꝯsilia egrotis damus: in propriis aūt factis oēs cecutimus et rarissimus est q̄ errorē suum agnoscat. Nā stulti nō possūt agnoscere: et prudētes nō possunt agnitū dissimulare. Ordo hic est. Polenta. i. illud gen⁹ decoctionis quod fiebat olim ex farre (Dicitur autem hec vel hoc polenta. vnde ouidi⁹ dulce dedi testa quod coxerat ante polenta) est modo. i. solūmodo dulce stulto qđ ipse coxerit. Nec videt in speculo quicq̄ pulchrius se. vnde: Vix est reperibilis vsq̄: qui displiceat sibi: cum tamen nemo videat bene in proprio facto.

## De proprie sapientie confidentibus. Ci.lviij.

Stulte putas nihil esse bonum nisi coxeris ipse
  Ah quantis curis mens tibi turget iners
Cur tibi stulte places sine riuali speculans te
  Ut formosa putat pignora bubo sua
Scilicet ad nutum quod ceperis omne geretur:
  Nec proprijs sensis incubuisse gemes.
Fonte sui vitreo perijt narcissus amore:
  Ut nimis alta petens icarus arte sua.
Et salomoniades iuuenum consulta secutus
  Cum proprijs populum perdidit innumerum:
Ergo tuo inniti caueas prudentie oportet:
  Si rerum letos queris habere modos.

Stulte. etc. Scribitur vt dixi in eos qui contra prescriptū sapiētis et eccli. ne innitaris de cōst. prudentie sue innitūtur: sui videlicet et suorum amatores: quos sepe infelix manet exitus: vt fabule per narcissum iuuenem aliene forme cōtemptorem et sue amatorē depingunt. Nam se videns in fonte: et sui amore ignorans captus cum potiundi facultas nulla esset amore languens in margine periit: et in florem sui nōis cōuersus fingitur. Ordo est. O stulte putas nihil esse bonum. i. nullum cibum esse suauem et vtilē: nisi ipse. i. tu coxeris sc. ipsum: hoc est putas nullum opus laudabile nisi quod tute feceris. Ah quantis curis turget. i. inflatur tibi mens iners. i. sine arte inprudens quia multi dicentes se sapiētes esse stulti facti sunt. Roma. i. o stulte places tibi sine riuali. i. sine coamatore. hoc est tibi soli: speculans. i. contemplans te in speculo: vt bubo putat sua pignora. i. pullos suos adhuc implumes quibus nihil est difformius esse: formosa. Scilicet id est scire licet cur tibi placeas et est ironia: omne quod ceperis: id est inceperis geretur tibi ad nutum: nec gemes. i. non dolebis: incubuisse. i. innixus fuisse: sensis. i. sententiis et consiliis proprijs. Narcissus puer formosus quia sibi complacuit: periit amore sui. i. ipsius in fonte vitreo. i. vitrei coloris more vitri pellucido. vt sup. periit icarus filius dedali petens arte sua. i. consilio suo contra edictum patris: nimis alta quia vt fabule habent cum volaret ceratis alis resoluta cera per calorem solis aut nimium motum in mare cecidit: atque ita Icarus icarias nomine fecit aquas. Et salomoniades. i. filius salomonis roboam secutus consulta iuuenum et non seniorum: vt habetur. ii. Paral. x. cum proprijs scilicet consultis perdidit innumerum populum qui ab eo defecit ad hieroboam. Sane metri gratia dicitur salomoniades: sicut a Vergilio amphitrioniades et laomedontiades. etc. Ergo ne des penam temeritatis oportet caueas inniti prudentie proprie: si queris habere letos modos. i. exitus rerum. Nam modus etiam finem significat.

Ecce iterum ad partes mihi sunt fera monstra vocanda
  Que sceua exercent cedibus imperia
Nec superos metuunt: nec proxima fata verentur:
  Dum teneant dubie scamna suprema rote.

Carmen hoc elegiacum scribitur in potentes huius mundi: et potissimum in tyrannos qui tantopere affectant imperia tam breui et tam incerta possessione tenenda. Quia vt dicit Iob. xv. Cunctis diebus suis impius superbit: et numerus annorum incertus est tyrannidis eius. Sonitus terroris semper in auribus illius: et cum pax sit ille semper insidias suspicatur. Et paulopost: non ditabitur nec perseuerabit substantia eius: nec mittet in terram radicem suam. Antequam dies eius impleantur peribit et manus eius arescent: et cap. sequente in persona sua dicit Iob. Ego ille quondam opulentus repente contritus sum. etc. De quibus in sequentibus plura. Ordo autem hic est. Ecce. q. d. preter spem: et est imitatio Iuuenal. monstra fera id est feroces et monstrosi homines: quia facie humana et animo ferino sunt mihi iterum vocanda ad partes scilicet satyre. Cetera patent.

Multos precipitat subiecta potentia magne
Inuidie: mergit longa atque insignis honorum
Pagina: descendunt statue: restemque sequuntur.
Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis
Cedit: et immeritis franguntur crura caballis.
Iam strident ignes: iam follibus atque caminis
Ardet adoratum populo: et caput arte superbum
Quid crassos quid pompeios euertit: et illum
Ad sua qui domitos deduxit flagra quirites:
Summus nempe locus nulla non arte petitus:
Magnaque numinibus vota exaudita malignis.
Ad generum cereris sine cede et sanguine pauci
Descendunt reges: et sicca morte tyranni.



Multos precipitat. etc. Carmen hoc fere est Iuue. saty. x. Immo totum preter primum verbum primi versus loco cuius hic ille quoddam: et duo vltima septimi versus que nostra sunt. Scribitur autem in eos qui huius mundi dominatum tantopere querunt cum tam sit fluxa sic et periculosa eius possessio vt cum ordine patebit qui talis est. Potentia subiecta magne inuidie quia summa petit liuor: precipitat. i. deorsum proiicit multos: et longa et insignis pagina. i. compago et continuatio honorum mergit. i. obruit et destruit multos: statue scilicet triumphales erecte in honorem ipsorum descendunt scilicet detracte per aduersarios aut inuidos: et sequuntur restem. i. funem qua deorsum trahuntur. Deinde postquam statua triumphalis sedens in curru inaurato deiecta est: securis impacta id est firmiter incussa cedit id est intersecat: ipsas rotas bigarum scilicet triumphalium: crura franguntur caballis. i. equis superbis bigas trahentibus vt est in sepulturis et celaturis: immeritis. i. qui nihil tale meruerunt cum erei aut lapidei sint. Ignes strident. Iam. i. vbi omnia demolita sunt: et caput. i. ipsius triumphatoris vt seiani. adoratum scilicet populo romano. i. veneratum et superbum arte. i. artificiose effictum ardet iam

folibus atq; caminis. id est adhibitis fornacibus. Quid euertit crassos scilicet ditissimos & potentissimos apud romanos: aut domu crassi qui a parthis occisus est: sicut Eneid. ii. Jam proximus ardet Ucalogon id est domus eius: quid euertit pompeios: scilicet Cneum Pompeium magnum a cesare deuictum: & filios eius deuictos partim a cese partim ab augusto: & quid euertit illum scilicet notissimum Julium cesarem: qui deduxit id est compulit: quirites. i. romanos domitos. i. subactos a se: ad sua flagra. i. ora & flagella more seruorum sustinenda. Respondet. Nempe id est nonne certe: summus id est altissimus locus petitus nulla non id est omni arte id est astu: & magna vota exaudita numinibus malignis. i. ipsis non fauentibus: qz exaudiuerunt ad votum non ad salutem. Pauci reges scilicet legitimi & pauci tyranni id est occupatores libertatis aliene descendunt ad generum cereris. i. ad plutona maritum proserpine filie cereris sine cede & sanguine & morte sicca. id est incruenta.

Potibus atq; cibis & cantibus atq; sopori
Interdum & veneri iuuat indulgere procaci.
Cum nihil esse putent homines: alimenta ministrant
Parta suis manibus: partumq; laboribus assem
Ignauo impendunt: hisq; artibus imbuo natos.

Scribitur in improbos mendicos in quos sic brant. Tot mendicorum cerno fraudesq; dolosq;. At merito hos fatuis grandibus accumulem. Est enim eorum fatuitas perniciosa: vt in sequentibus dicam: qz pleriq; fures sunt. Ordo autem est iuuat inquit mendicus sup. me indulgere potib⁹ atq; cibis & cantibus atq; sopori id est profundo somno: interdum veneri procaci id est aut vxori lasciue: aut luxurie. Et homines cum putent nihil esse ministrant alimenta parta id est acquisita suis manib⁹ & impendunt mihi ignauo. i. inutili ad laborem assem. i. nummum partum laboribus & imbuo id est instituo natos his artibus.


Fraudibus atq; dolis mendica ꝑpago malignis
Dedita: stultiferis poteris considere transtris
Scilicet inualidos mentitur vir piger artus
Et vinosa pigrum coniunx comitatur asellum
Cui cophini pueris delassant terga cibisq;
Nec natos alio cupiunt incedere calle.
Sicq; stipem miseris dignam furantur egenis
Atq; dies peragunt crassos: nec numina curant
Nec curare deum credunt mortalia quemq̃
Sed sero noscent reddenda talenta peracti
Temporis: atq; cibi cum robore dissimulato.
Cui des ergo vide: ne reddas deteriorem.


Fraudibus atq; dolis. &c. Scribit in mendicos (vt dixi) improbos in quos plura habentur. C. de mendi. vali. li. xi. & . d. q. v. nõ oĩs &. lxxxvi. dist. c. pasce. Inter que habetur. Occidius esurienti panis tollitur: si de cibo securus iustitiam negligat: q̃ esurienti panis frangatur: vt iniustitie se-

ductus acquiescat. Sed qz illa nota sunt: vt & nostra innotescant. Ordo cum explanatione est: Propago id est progenies: mendica id est mendicans: dedita. id est penitus addicta fraudibus atqz dolis malignis id est animo malo factis: qz sunt doli non maligni & perniciosi: vt qui prosunt ei cui fiunt: vt mendicorum terit considere. id est accipere sedem: transtris. id est marginibus nauium per quas transitur: stultiferis id est ferentibus stultos. Scilicet id est scire licet cur id dicam: vir piger nolens operari: mentitur id est mendaciter asserit sibi: artus inualidos id est membra impotentia. Et coniunx. scilicet illius vinosa. id est multum indulgens vino: comitatur asellum pigrum propter onus & ex natura. Cui scilicet asello cophini id est corbes delassant id est defatigant terga pueris & tibiis. Nec scilicet mendici cupiunt natos: scilicet ex se incedere alio calle id est viuere alio modo. Et sic id est hoc modo furantur: stipem id est elemosynam dignam id est debitam miseris egenis. Atqz peragunt dies crassos id voluptuosos: nec curant numina id est deum qui nutu omnia peragit. Nec credunt quemqz deum id est deorum curare mortalia: eo qz impune tantos dolos instruunt. Sed ipsi noscent id est cognoscent sero id est nimis tarde: vt pote postqz ablatum erit tempus penitentie salutaris: talenta id est grauia pondera seu exactam rationem temporis: atqz tibi peracti: qz qui de alieno viuunt rationem reddere cogentur. Cum robore dissimulato id est & simul roboris dissimulati: qz cum robur membrorum habeant dissimulant id est simulant se non habere. Igitur quia multi sunt dolosi. Vide id est attende cui des: non propter amissionem dati: sed ne reddas. id est efficiens scilicet accipientem deteriorem.

Precipites vigilate sophi tentoria fixit
 Maxima stultitie concilliata manus.
En tenet imperio reges populosqz superbo
 Actum est de vobis si semel ingruerit.
Stultitie proceres hydrino sanguine glilcunt
 At verus sophie nullus amator adest.

¶ Cohortantur sophi. i. sapientes ad resistendum stultitie cuius proceres hydrino sanguine crescunt. i. multiplicantur more capitum hydre: qz vno amputato succrescebant bina. Manus. i. multitudo bellatorum manibus promptis predita. Actum est de vobis. i. pestis: si semel ingruerit. i. violentum impetum fecerit: quia nullus verus amator sophie id est sapientie adest ipsi auxilio est.

PLurima terrifico tonat insipientia bombo
Quo trepidant celi: preceps cadit aere summo
Ales: & in nulla perstant animantia terra
Juppiter ille patrem qui vi meritisqz subegit
Quiqz giganteos fregit virtutibus ausus
Attonitus tanto (quamquam tonat ipse) tumultu:
Consilium diuum vocat in penetralia celi.
Et procul: o superi: que nunc (ait) ethera virtus
Proteget: haud vno bello renouatur ab hoste:
Infinita manus bellum exitiale mineruae

Quam cerebro effudi parat: huic succurrite diui
Stultitieq3 minas paribus contundite telis.


Lurima. et. Quemadmodū res est ficititia: vt pote de dominio stultitie: ita placuit carmen fingere nouum: et vt in ficticiis solemus satis turgidum et inflatū: q2 ficititia maiore vultu et pleniore voce q̄ vera prosequimur. Sed ne multis inmorer. Ordo est. Insipientia que nunc dominatur in mundo: tonat. i. morem tonitrui sonat bombo. i. sonitu terrifico quo celi trepidant. i. subito metu concutiuntur (quod hyperbolice dictum est) et ales vt aquila nequiens consistere cadit preceps sup. ab ethere summo. Nā ex hystorica fide compertum habemus nonnunq̄ tm̄ fuisse conclamantium impetum: vt eorum sonitu istius aer aues sustinere nequiuerit. Jupiter ille scz notissimus ex fabulis qui subegit patrem scz saturnum quem expulit regno vi id est violentia: et meritis q2 melior est Jupiter nobis q̄ saturnus et qui fregit id est concladit: virtutibus scz suis: aut celestibus ausus giganteos. i. ipsorum gigantum in bello giganteo existens attonitus. i. stupefactus quasi tonitru perculsus (quod q2 in ipsam non videtur cadere posse: adeo q̄q̄ ipse tonat id est sit tonitrui author) tanto tumultu q̄tum facit stultitia vocat consilium. i. congregationem diuum pro diuorum: in penetralia id est secretissima et intima loca celi. Et ait procul. i. cum esset adhuc procul: quod signū est perturbati animi ex inopinato casu: ait o superi. i. dii celestes: que virtus proteget. i. defendet nunc celū. i. celestes. Bellum renouatur. i. instauratur et denuo fit. Prius eñ a gigantibus factum fuerat: ab hoste non vno id est non vnius generis vt olim a solis gigantibus: infinitas manus scz stultorum: q2 stultorum infinit9 est numerus parat. i. preparat et intendit minerue. i. dee sapientie bellum exitiale. i. mortale. Stultitia eñ vellet funditus delere sapientiam. Quam scz mineruam ego effudi. i. addidi: cerebro scz meo. Dicitur enim minerua ex cerebro iouis nata: q summa pars ethereris ingenio conferre putatur. O diui succurrite huic . i. filie mee minerue et contūdite telis parib9. i. eque potentib9: minas stultitie.

Frontem de rebus clames merito periisse
Si minus expertus medicus dare pharmaca mandat
Egrotis: tamen hec multos vesania vexat.
Qui vix callentes medice primordia cure.
Quando impune datur: sine fronte necant patientes.

Carmen hoc inuehitur in medicos indoctos et inexpertos: qui vt in eorum est adagio putantes per bene vestiri: pulchre mentiri: audacter interficere: medicū proficere quorum neq3 scientiam neq3 experientiam habent: adhibent egrotis medicamina que res non tam egrotis vitio danda est q̄ medicis: potius enim medicus a se q̄ ab egroto debeat cognosci. Ordo est. Tu clames merito: frontem id est verecundiam periisse de rebus si medicus minus. id est non satis expertus id est peritus mandat dare egrotis pharmaca id est medicamenta: tamen hec vesania vexat multos: qui vix callentes. i. callide scientes primordia cure medice: qn̄. i. quandoquidem datur supple eis. i. impune sine punitione: ipsi necant sine fronte id est verecundia patientes.


Uamuis supremi descendat cardine celi
Nataq3 supremo sit medicina patre:

Et quis multo sit dignus honore peritus
Antistes phebi: dummodo fraude vacet:
Attamen innumeros nutrit medicina nephandos
Et reprobos stultos qui nihil artis habent.
Nilque tenet frontis: tantundem et cordis: at oris
Et lingue quantum sat tibi stentor erat.
Ergo interficiunt populariter hunc simul illum
Idque impune putant se quoque ferre deo.
Stulte quot occidis culpa: vel nescius artis:
Tot cogere deo pendere supplicia.



Quamuis supremi. Carpitur medicus indoctus qui artis expers audacter interficit eo quod impune id facere videtur de qua re videndum est insti. de le. acqui. §. imperitia cc. ff. de re. iu. l. imperi. et. xxx. dis. c. si. inter que sic habetur. Licet medico euentus mortalitatis imputari non debeat: eius tamen imperitia annumeratur culpe si seruum male secuerit aut perperam ei medicamentum dederit. Solis igitur medicis impune hominem occidisse fas est. Teutones autem qui latine sciunt fere in ore habent illud vulgatum. A medico indocto: a cibo bis cocto: et a praua muliere libera nos domine. Sane si in foro ciuili medici admissi seu ut dicunt licentiati impune occidunt: tamen in foro conscientie si temerario ausu que se non didicisse sciunt profitentur: et ita egrotos qui sine medico conualuissent occidunt: non absoluentur. Principium carminis nostri sumptum est ex illo Eccl. xxxviii. Honora medicum propter necessitatem. Etenim illum creauit altissimus. A deo est omnis medela: et a rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius: et in conspectu magnatorum collaudabitur. Altissimus creauit de terra medicinam: et vir prudens non abhorreat illam. etc. Ordo est. Quamuis medicina descendat cardine. i. a volutione que fit in cardine supremi celi: quia a deo est omnis medela: et quamuis sit nata patre supremo: quia altissimus creauit eam. Et quamuis antistes id est sacerdos: aut preses phebi. i. inuenti a phebo. hoc est medicine. Nam apollo dicit inuentum id est inuentum medicina meum est. hoc est doctor medicine: peritus. i. expertus in arte sua sit dignus multo honore: quia accepit a rege donationem: et in conspectu magnatorum collaudabitur: dummodo vacet. i. mundus sit fraude. Attamen medicina nutrit innumeros stultos nephandos. i. detestabiles: et reprobos id est reprobandos: vtpote qui nihil habent artis: sed solum nomen: et tenens nil frontis. i. verecundie et tantundem. i. nihil cordis. i. pietatis. at sup. tenens oris et lingue. i. loquacitatis et arrogantie sup. tantum quantum erat sat. tibi o stentor de quo prius dixi. Ergo quia lex patitur: ipsi occidunt populariter: id est vulgo hunc et illum: et putant se ferre id impune quoque. i. etiam deo: sicut ferunt leges: sed errant. vnde addo. Stulte. etc.

## De ira muliebri. Titulus. lxii.

Scande labens asinum mulier furiosa pigellum
  Aut testudineo pergere disce gradu.
Tu siquidem multo grauioꝛi percita bile
  Exuperas subiti bella minasꝗ viri.
Quis tecum incolumi poterit residere cerebꝛo?
  Hircanam laceres bile tumente feram.

¶ Scribitur in iram muliebꝛem: nam de virili pꝛius habitum est. De hac autem dicitur puer.xxi. Melius est habitare in terra deserta q̃ cum muliere rixosa et iracunda et Eccl.xxv. Commoꝛari leoni ⁊ dꝛaconi plus placebit q̃ habitare cū muliere neq̃. Breuis omnis malicia super maliciam mulieris. Et ideo moneo scandat asinum aut sequatur limacem et moderetur ire. Incolumi cerebꝛo: aut non furioso aut non dissipato. hircanam feram. i. tigrim.

Qui stultum irritat puerum vel lacessit ad iram
  Et tolerare nequit verbera: verba: iocos:
Sed ruit ad capulum pꝛeceps: is stultioꝛ illis.
  Calleta e turpi mox comes ire parat.

Scribitur in eos qui ludum aut iocū intelligere nolunt: ⁊ tamen nō cessant pueros ⁊ fatuos irritare ⁊ pꝛouocare ad iram: ⁊ cum ab illis aut verbis aut verberibus obiurgantur mittunt manū ad capulum. i. manubꝛium gladii et ita tandem euadunt stultioꝛes illis. Uir itaꝗ pꝛobus ⁊ pꝛouidus non iocabitur cum non intelligentibus iocum: nec pꝛouocabit pueros. stultos. ebꝛios. aut mulierculas ad iram. Calleta notus est fatuus omnibꝰ Parrhisiansis pueris ludibꝛio multos annos habitus. Est autem immundus inde turpem voco: quod ad animum relatum nolo: est enim expers rationis.

Te maris ⁊ terre numeroꝗ carentis arene
Mensoꝛem cohibent archyta
Pulueris exigui pꝛope litus parua marinum
Munera: nec quicq̃ tibi pꝛodest.
Aerias tentasse domos animoꝗ rotundum
Decurrisse polum moꝛituro.

¶ Carmen est hoꝛatii pꝛimo carminum: ad archytam philosophum tarentinū qui summus astrologus et geometra in mari periit. sepultus in littoꝛe iuxta marinum apulie oppidum. vnde et nil pꝛofuit astrologia aut geometria. Oꝛdo est. O archyta parua munera. i. officia funebꝛia seu sepulchꝛa ex pietate tibi collata: pulueris exigui: id est modice terre cohibent: id est concludunt te mensoꝛē maris et terre: ⁊ arene carentis numero scilicet noto: cohibent dicit pꝛope litus marinum in apulia. Nec pꝛodest quicq̃ tibi moꝛituro: decurrisse animoꝗ est scrutatum fuisse: domos aerias: id est celestes ⁊ polum rotundum.

Despiciam qui sit quanto sublimioꝛ athlas
  Omnibus in lybia sic mentibus: hic tamen idē
Ignoꝛat: quantum ferrata distet ab arca
Sacculus: e celo descendit gnoti se auton.
Figendum et memoꝛi tractandum pectoꝛe: siue

Coniugium queras: seu sacra in parte sacerdos
Esse velis qui sis: ad quid valeas simul et que
Sit mensura tue virtutis ad illa gerenda:
Stultum est conari quod non possis adipisci:
Et quod quam minimum tibi prosit si sit adeptum.
Non queret iudex: an terre noueris orbem:
Sed cum lege sua num te cognoueris ipsum:



Despiciam. etc. Scribitur (vt tetigi) in eos qui vana cura commetiende terre distracti sese negligunt. Immo etiam que extra mundum sunt tentant. In quos dicit Plynius libro. ii. circa principium. Furor est profecto furor egredi mundum et tanquam interna eius cuncta iam sint nota ita scrutari exteriora. Quasi vero mensuram illius rei possint agere: qui sui nesciat: aut homines possint videre que mundus ipse non capiat: hec ille. Malui autem hic simplicibus vti verbis quam varias mundi partes artificiosis carmine describere: aut saltem ita tangere: vt sine earum declaratione ipse intelligi non possim: ne quarum rerum curiositatem damnem ipse curiosus habear. Principium autem sumpsimus ex Iuue. sat. xi. Cuius ordo est. Ego inquit Iuuenalis despiciam. i. contemnam eum sup. qui scit: quantis sunt quod legant quantum athlas: mons ille de quo Maro enei. iiii. Oceani finem iuxta solemque cadentem. Vltimus ethiopum locus est: vbi celifer athlas axem humero torquet stellis ardentibus aptum sit sublimior omnibus montibus in lybia. s. existentibus et tamen hic idem ignorat: quantum sacculus. i. paruus saccus pecuniarius: hoc est loculi: distet ab arce ferrata. i. ferro munita. i. que sic expendit in re tenui ac si esset ditissimus: et ita nescit mensuram opum suarum. Snothi. i. nosce se auton. i. te ipsum descendit celo. i. ex oraculo dei celestis. s. phebi acceptum est: aut ei equale habitum. Nam sunt qui velint chiloni lacedemonio consulenti apollinem quidnam esset optimum scitu: pythiam respondisse nosse se quemque quod et plato confirmat. Plinius autem vult illud dictum chilonis vim oraculi habuisse et aureis litteris delphis inscriptum: vt enim Dion. scribit in delphico templo apollinis virorum sapientissimorum sententie annotari solebant: vt tam prudentium virorum preceptis quam oraculis consulentes iuuarentur. Verba Plyniana sunt lib. vii. talia. Rursus mortales oraculorum societatem dedere chiloni lacedemonio tria precepta eius delphis consecrando aureis litteris que sunt nosce se quemque. Et nihil nimium cupere. Comitemque eris alieni atque litis esse sponsionem. hec ille alii dicunt: miseriam non sponsionem. Fingendum est qui id est qualis sis: et ad quid valeas id est vtilis sis: ad illa scilicet ad matrimonium aut sacerdotium gerenda. etc. Quod non possis adipisci: quia nemo hactenus orbem terrarum nouit cum nostris diebus ignote inuente sint terre quam plurime. Cetera patent.

Si qua voles sortis prenoscere damna future
Et vitare malum: sol tibi signa dabit.
Sed tibi stulte tui cur non dedit ille furoris
Signa: aut si dederit cur mala tanta subis.
Nondum grammatice calles primordia: et audes
Vim celi radio supposuisse tuo.

¶ Si qua. &c. Scribit in temerarios astrorū obseruatores: & potissimū in indoctos: nam multi sunt qui ne prima quidem elementa grammatices docti audent oim nascentium fata condere horoscopos & genesis describere: & aut leto aut tristi dierum exitui addicere: in quos lati sunt sacri canones: quos in sequenti tangam. Vident autem tales aliorum infortunia: sua non vident: cum nihil sit intolerabilius q̄ talis seruitus. Sol tibi signa dabit. Id Verg. Geor. i. Radio. Sic idem in bucco. Describit radio totum qui gentibus orbem. Tempora que messor que curuus arator haberet. Tuo radio. i. tuo calculo aut descriptioni.



Aspice (plus etenim fati valet ora benigni
q̄ si te veneris commendet epistola marti)
Si bellare bono vis omine (distat enim que
Sidera te excipiāt modo primos incipientem
Edere vagitus: & adhuc a matre rubentem)
Aspice nascenti que constellatio fuerit.
Nec nisi celorum facies tibi iusserit: vllam
Indueris vestem: sed nec curtaueris vnguem.
Sic tibi stulte iugum nulli tolerabile seruo
Inducis furijs: & demone captus iniquo.
Libera non poterunt arbitria cogere celi
Namq3 homo si fuerit sapiens dominabitur astris.
Astra quidem alliciunt parentia corpora: verum
Non cogunt animos: nec eis assurgere fas est.



Aspice. &c. Verba sunt ex poetis pro astrologis deprompta sz maior est authoritas sanctorum patrū in astrorū obseruationes quantū ad fata aut rerū ineuitabilia euenta vetantiū. Nam vt habet. xxvi. q. v. non licet christia. & per totū. Et. xxvi. q. vii. non obseruetis & c. sequenti. Futura prescire solius est dei: qui in sui contemplatione etiam angelos illa prescire facit. Non liceat igitur christianis tenere traditiones gentilium: & obseruare & colere elementum: aut lune: aut stellarum cursus: aut inanem signorum fallaciam: pro domo facienda: vel propter segetes vel arbores plantandas: vel coniugia socianda. Hec illic quibus docentur astrologi non habere certam notitiam rerum futurarum presertim contingentium. Nam pregnoscere posse oppositiones & coniunctiones: & ex illis pluuiarum aut ventorū ingruentiam ex longa experientia non iret inficias. Verū ecclesia ex celi facie pgnosticare fata: & hunc ad suspendiū: illū ad sceptrū destinare saltem ineuitabiliter omino damnat. Verba priorū carminum fere sūt ex Iuue. saty. xvi. & saty. xii. quibus respondent verba Manlii lib. iii. Ordo autem est vt dicat astrologus ad eum cui consulit. Aspice. q. d. id non temere moneo etenim hora benigni fati id est boni horoscopi: plus valet si vis bellare bono omine: q̄

si epistola veneris amice martis commendet te marti: dictat enim que sydera excipiant te incipientem modo edere primos vagitus: et rubentem adhuc a matre: id est statim natum. Quia horam natiuitatis plurimum valere putant. Aspice inquit que constellatio fluxit tibi nascenti. nec indueris vllam vestem scilicet nouam nisi facies celorum tulerit tibi: nec curtaueris vnguem. s. vllum Contra quod dico. O stulte tu indicis sic. i. per talem stulticiam tibi iugum scilicet seruitutis: nulli seruo tolerabile: existens captus furiis scilicet propriis. et demone. i. callido spiritu iniquo. s. in te. Celi non poterunt cogere. etc. Astra quidem alliciunt corpora parentia: id est obedientia: verum non cogunt animos nec fas est assurgere: id est prebere eis reuerentiam deo dignam.

Marsia conatus phebum superare canendo
Persoluit meritas pro tanto crimine penas
Excoriatus enim subitas est versus in vndas
Se tamen a phebo victum negat vsque fateri
Concentumque ipse mentitur murmure rauco.

¶ Marsia. etc. Scribitur in obstinatos stultos qui excoriari possunt et ab errore preconcepto reuocari non possunt: in quos dicitur Prouer. xvii. Plus proficit correctio apud prudentem quam centum plage apud stultum. Et eiusdem. xxvii. Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo non aufferetur ab eo stulticia eius. Argumentum sumitur ex fabula marsie qui cum minerue tibiam sonoram comperisset: et modulos primos didicisset: temerario ausu coram thmolo phebum prouocauit: et victus excoriatus et in fluuium sui nominis conuersus noluit se victum fateri: sed murmure quodam aquarum obstrepere adhuc videtur.

Hostibus abreptis seue consultius vrse
Quam confidenti possis occurrere stulto.
Nil intentatum linquit temerarius ausu
Sacrilego princeps: qui paruo creuit ab ortu
Iura negat sibi nata: nihil non arrogat armis
Nemo potest plagis errorem demere stulto.
Lucifer errati penas dabit vsque nephandi
Non tamen errorem supplex velit ipse fateri.
Antiochus fedis percussus viscera plagis
Dira quidem agnouit: ceu primus femine natus
Crimina: sed frustra celo mox supplicat expes
Magnum est cum venie spe culpam plangere vite.

Hostibus. etc. Scribitur in obstinatos fatuos quales sunt qui sibi sapientes videntur: et qui successibus aucti nihil sibi non licere putant. Multi enim sunt qui nulla virtute vera quidem prediti ad regna eriguntur: quibus nihil intolerabilius vt alibi docuimus. Et ideo dicitur prouerb. xvii. Expedit magis vrse occurrere raptis fetibus quam fatuo confidenti sibi in stulticia. Unde ortum est principium carminis: cuius ordo et explanatio est talis. Tu possis occurrere consultius. s.

magis prudenter & consulte vrse seue abreptis. i. vi ablatis fetibus eius ꝙ stul
to confidenti sibi scȝ in stulticia sua. Princeps. i. vir principatum tenens: te-
merarius: ausu sacrilego. nil linquit intentatū. i. oīa tentat (vt horatius in ar-
te dicit. Nil intentatū nostri liquere poete.) qui scȝ princeps: creuit ab ortu par
uo. i. paruis initiis. Talis enī negat iura nata sibi: & nihil non arrogat. i. oīa
arrogat sibi armis. i. vi. Nemo potest demere stulto errorem plagis. i. vulneri
bus aut percussionibus seu tormentis. Quia plus proficit correctio apud pru
dentem: ꝙ centum plage apud stultum. Probatur exemplis. Lucifer ille splen
didissimus angelorum: dabit vsqȝ. i. sine intermissione: penas errati. i. erronei
facti: nephandi. i. quod contra phas est: tamen. i. nihilominus ipse non velit fa
teri errorem existens supplex. i. cum vera summissione animi superbi in quo dā
natus est. Persistentes enī dānati in mala volūtate in qua damnati sunt. Et
ideo superbi illi spiritꝰ id sūmopere curauerunt vt pro diis haberentur in ter-
ris. Anthiochus ille tyrannus (de quo dr. ii. Machabe. ix.) Qui paulo ante sy
dera celi contingere se arbitrabatur: eum nemo poterat ꝓpter intolerantiā fe-
toris portare. Hinc igitur cepit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui
venire diuina admonitus plaga per momenta singula doloribus suis augmē-
ta capientibus. Et cum nec ipse iam fetorem suum ferre posset: ita ait. Iustū
est subditū esse deo. & mortalia nō paria deo sentire. Orabat autem hic scelestꝰ
dominū (a quo non esset miam ꝯsecuturꝰ. &c.) percussus. i. habens percussa visce
ra fedis plagis. agnouit quidem vt primus natus femine. i. chaim: crimina di-
ra. i. sed expes: non habens spem venie supplicat mox frustra celo: id est deo ce
lesti. Magnum est: id est magne gratie: plangere culpam vite cum spe venie.

Qui ferit insontem ꝙtumuis pacis amicum
Vindictam expectet: siquidem ne ledere pergat
Expedit et stulto petulanti obsistere voto.
Et lateri iunctus vibrare mucro vetat ensem.

¶ Hoc carmen scribitur in eos qui ceteros mortales contēnentes & fastidien-
tes vnūquēqȝ ledūt arbitrantes se cum potentiores sint impune laturos: sed
vt in sequenti dicam. longi errant qȝ seuissimi quiqȝ & potentissimi tyranni a te
dissimis vermiculis absumpti sunt. Ordo autē ne prolixus aut obscurus fiam
est. Is qui ferit: id est percutit insontem: id est innocentem a quo nulla lacessi-
tus est iniuria ꝙtumuis: id est ꝙtumcunqȝ amicum pacis: expectet vindictam:
id est vltionem ab eo: siquidem: id est quoniam expedit: id est vtile est. stulto ob
sistere voto. i. eius petulanti ne pergat: id est perseueret ledere scilicet quēlibet
Iuxta illud prouerb. xxvi. Responde stulto iuxta stulticiam suam: ne sibi sapiēs
esse videatur: quod vno modo intelligi potest iuxta formam offense. nam si te
percusserit ne sibi placeat repercute eum. Et mucro. id est gladius iunctus late
ri scilicet pacifici: vetat vibrare ensem petulantie.

Stulte quid imbelles tanꝙ leo despicis agnos.
Nam qua vi pollet lesa resistit ouis.
Exiguus magno mus est formido elephanto: et
A cane non magno sepe tenetur aper.
Esto nihil valeant in te mortalia bella:
Attamen et speres bella mouere deum.

Dictator tabulam qui fixit sylla nephandam:
    Non proscribendis vermibus esca fuit.
Herodes simili sensit sua funera fato
    Visceraque anthiochus putruit atra ferus.
Nil impune feres: presens vindicta tonanti est:
    Que dilata parum fenora magna petet.

Stulte quid imbelles. Scribitur in eos qui cum opibus et nobilitate plus valeant omnes mortales contemnunt et passim ledunt: in quos dicitur Enei. i. Si genus humanum et mortalia temnitis arma. At sperate deos memores: fandi atque nephandi. Et certe deus fere punit talione: ita grassantes. Nam superbissimos quosque tyrannos absumi patitur a minimis et fedissimis vermiculis quales sunt quos pediculos vocant et qui cum dolore viscerum e ventre humano scaturiunt ut de anthiocho iam diximus. Et de sylla immanissimo romanorum tyranno: ita inquit Serenus. Sed quis non paueat pherecydis fata tragedi. Qui nimio sudore fluens animalia tetra Eduxit: turpi miserum quam morte tulerunt. Sylla quoque infelix tali languore peresus Corruit et fedo se vidit ab agmine vinci. etc. De pherecyde seu pherecyde dicit Plinius quod angues ex eius corpore enascebantur a quibus absumptus est. De morte herodis innocentium interfectoris familiares sunt hystorie. Ordo est. O stulte quid. i. ad quid despicis agnos imbelles. i. innocentes homines tanquam leo sup. esses: nam ouis lesa resistit qua vi pollet. i. etiam minimus si ledatur vindictam querit. Et mus exiguus est formido elephanto magno. Et ut Ouidius dicit aper. i. sus siluester tenetur sepe a cane non magno. Esto bella mortalia. i. ab homine mota: nil valeant in te. i. contra te. Attamen. i. nihilominus: speres. i. sperare debes. i. timere et. i. etiam deum mouere bella. Sylla dictator scilicet romanus qui fixit tabulam scilicet proscriptionis nephandam quia in bonos ciues: fuit esca vermibus. i. peduncullis seu pediculis e corpore suo scatentibus: non proscribendis. i. quos proscribere non valebat. Herodes scilicet sanctorum innocentium trucidator: sensit sua funera. i. mortem suam: simili fato: quia a vermibus aut a dolore viscerum interiit et anthiochus ferus. i. crudelis et efferus. de quo habetur. ii. Macha. ix. putruit id est habuit putrida viscera atra: id est dira aut atra sanie perfusa. Tu nihil feres: id est auferes impune: id est impunitum: vindicta est presens. i. semper parata quandocunque vult: tonanti scilicet deo. Que scilicet vindicta dilata parum: quia breuis est vita nostra: petet magna fenora scilicet penarum: quia eius tarditatem supplicii grauitate compensat.

Desidiose vides angusto calle molesta
    Formicas humeris pondera ferre suis:
Sollicitasque vides sollerter mellificantes:
    (Frigore ne pereant) dum fauet estiue apes:
Attamen ignauus per messem stertis vtrisque
    Suctorus digitos fauce famente gelu.

Scribitur in desidiosos seu pigros de quibus in sequenti plura dicam. hoc tempore quod hic quoque de apibus fit mentio de quibus Geor. iiii. et Enei. i. Qualis apes estate noua per florea rura Exercet sub sole labor. etc. Et de vrso quod per hyemem cum predam non inuenit et herbe ac frondes aruerunt aut dormit inters aut digitos lambit ac fugit fame confectus. Ordo vltimi versus est. Stertis in

eturus: id est qui sages ut ursus digitos scilicet tuos fauce scilicet tua famente gelu: id est tempore frigoris.

Paruula: que exemplo est magni formica laboris
Ore trahit quodcunq; potest atq; addit aceruo:
Quem struit haud ignara ac non incauta futuri.
Que simul inuersum contristat aquarius annum
Non usq; prorepit: et illis utitur ante
Quesitis patiens. segnem crudelis egestas
Opprimit: hunc homines odio superiq; sequuntur
Torpenti similem fuco: cui spicula surgunt
Horrida: distentumq; fauis consumit edendo
Semen apum: piger ipse sedet uitatq; laborem
Tu modo curam operi quantum potes adijce frater:
Sic pecus augetur: sic et granaria crescent.

Paruula. ⁊c. Carmen hoc scribitur in pigros sumptumq; partim ex horatio primo sermonum libro ⁊ sermone primo: partim ex hesiodo in opere quod opera ⁊ dies inscripsit. Simile autem horatiano argumento habetur prouer. vi. Vade ad formicam o piger: ⁊ considera vias eius: ⁊ disce sapientiam que cum non habeat ducem: nec preceptorem: nec principem parat in estate cibum sibi ⁊ congregat in messe quod comedat. Et simile hesiodico ibidem consequenter. Usq; quo piger dormies: Quando consurges e somno tuo: Paululum dormies: paululum dormitabis paululum conseres manus tuas ut dormias ⁊ veniet tibi quasi viator egestas: et pauperies quasi vir armatus. Si vero impiger fueris: veniet ut fons messis tua ⁊ egestas longe fugiet a te. ⁊c. Et eiusdem. xxx. Formice. populus infirmus qui preparat in messe cibum suum. ⁊c. Unde sunt plebei versiculi. Collige in messe que sint formica necesse. Item. Dum calor est ⁊ pulchra dies formica laborat. Ne pereat dum nix venerit alta: fame. Ordo autem est. Formica paruula que est scilicet nobis exemplo. i. ad exemplum magni laboris: horatius dicit: magni exemplo est. trahit ore quodcunq;. i. quicquid potest ⁊ addit aceruo suo: quem scilicet aceruum: ipsa struit haud ignara. i. presaga: ac non incauta futuri scilicet temporis. Que. i. formica simul. i. in eodem tempore quo aquarius quem in bruma sol ingreditur: contristat. i. frigore ⁊ aquis. annum inuersum. i. immutatum a calore in frigus non prorepit usq; ⁊ utitur illis ante quesitis. i. partis in estate: existens patiens. i. sobria ⁊ suis contenta: quia ut dicit Cicero in paradoxis maximum vectigal est parsimonia. Additur ex hesiodo. Egestas crudelis opprimit segnem. i. pigrum quia omnis piger semper in estate est: ⁊ homines ⁊ dii. sequuntur hunc odio existentem similem fuco. i. vespe non mellificanti: sed mella apum suffuranti: cui. i. fuco: spicula surgunt horrida. ⁊ consumit edendo. i. deuorando semen apum. i. mellificantium. i. mel distentum fauis. ipse existens piger sedet ⁊ vitat laborem. i. ignauus nihil operatur. tu o frater perse. sic enim vocabatur frater hesiodi: adijce operi curam quantum potes quia pecus tuum augetur sic ⁊ granaria crescent sic.

Vel mihi q̃ forte is qui litem exercet iniquam
 Claudere confidens lumina iusticie:
Et vi: sive dolo: precibus, nummis vel amicis
 Iudicis examen quo volet attrahere.
Quisquis enim causam defendit quam scit iniquam:
 Rem sepe: ast animam perdit vbiq̃ suam.

¶ Scribitur in appetentes litium: et libenter coram iudicibus contendentes q̃ scientes iniustam causam fouent sperantes iudicem corrumpere aut causam suã sic palliare aut instruere: vt vincant sepe quidem rem amittunt et semper animam excecati ea temeritate vt quicquid adiudicatum fuerit etiam decepto aut corrupto iudice iustissime possidere ac retinere putent. Cum male fidei possessor nullo prescribat tempore. Examen id est iudicium vt in statera examine res decernuntur. Vbiq̃ id est in omni foro.

Quisquis in alterius confidens simplicitate
Sive suis opibus contendere certat inique
Is demens animam cara mercede redemptam:
Producit vili: nihil est in lite salutis
Si pax esse queat: fiatq̃ iniuria nulli.
Tollite turgentes rabioso murmure saccos
Nec date iudicibus cum nummis atq̃ precatu
Infelicem animam: non est contendere veri
Christicole cuius dux et mitissimus author:
Pallia qui tulerit: tunicam permittere suasit:
Detraxisse prius q̃ litem foueris vllam.
Quam tamen ipse putas iustam defendere causam
Phas et iura sinunt: sed si non rite putasti
Iudicium ipse viri noli damnare verendi.

Quisquis. etc. Scribitur vt dixi in litigiosos qui in aduersarii simplicitate aut innopia: et in sua versutia et opibus confidentes: litẽ mouent iniquam: cum tamen equis partibus sine lite viuere possent. Cumq̃ dicatur prouer. iii. Non contendas aduersus hominem frustra cum ipse tibi nihil male fecerit. Vnde ordo est. Quisquis id est quicunq̃ confidens in simplicitate alterius siue in opibus id est facultatibus suis: certat contendere inique id est habens iniustam causam fouendam: is existens demens producit id est venundat animam suam redemptam cara mercede: quia precioso sanguine christi: vili scilicet mercede: quia rei fluxe possessione: nihil salutis est in lite: si pax id est concordia queat esse: nulli fiat iniuria: is enim debet esse finis belli assumendi: vt in pace tandem sine iniuria viuamus. O litigiosi tollite saccos scilicet processuum turgentes. i. inflatos murmure rabioso. i. verbis et scriptis cõtentiosis: nec date iudicib' animam infelicem cum nummis atq̃ precatu. i. precibus. Contendere scilicet in foro iudiciali non est veri christicole id est nõ veri

vel ad verum christicolam cuius dux et authoꝛ mitissimus scꝫ xp̃s: qui pro singulari doctrina dixit. Discite a me: qꝛ mitis sum et humilis coꝛde: suasit: qꝛ consilii est permittere eum qui tulerit.i. abstulerit pallia.i. exterioꝛem vestem detraxisse prius q̃ foueris illam litem: tunicam.i. inferioꝛem vestem: vt patet Mathei. v. et Luce. vi. Et id est nihilominus: phas.i. ius diuinum: et iura humana sinunt .i. permittunt te defendere causam quam putes iustam: sed si non putasti rite.i. si ipse errasti noli damnare iudicium viri verendi.i. iudicis. Juxta illud Eccle. viii. non iudices contra iudicem: quoniam secundum quod iustum est iudicat.

Plus gaudet ceno sus q̃ de fonte sereno
Et turpis tetro mens q̃ sermone modesto:
Caste puer turpes sermones linque viroſqꝫ:
Coꝛrumpit moꝛes etenim mala lingua pudicos
Quinadeo plus sermo nocet q̃ vita pudenda:
Illum etenim plures hanc pauci noscere sueti.

¶ Scribitur in turpiloquos in quos sequens erit particulé: in quos etiam ex Menandri comedia dixit paulus apostolus.i. Coꝛ. xv. Coꝛrumpunt moꝛes bonos colloquia mala. Versiculi nostri satis vulgares sunt. Quoꝛum postremoꝛũ Oꝛdo est Quinadeo sermo nocet plus q̃ vita pudenda. Etenim plures.i. multi sueti.id est consueti sunt nocere illum scilicet sermonem: et pauci hanc scilicet vitam: quia celari vult sua furta venus.

Sunt quibus eloquij datur aurea vena poete
Sed cadit in soꝛdes inficiturqꝫ luto
Nam cypꝛie curas et olentia gaudia ponunt:
Claraqꝫ tam fedo mergitur vnda lacu
Vita decet sacros et pagina casta poetas
Castus enim vatum spiritus atqꝫ sacer
Hoc decus hoc animus carmen celestibus aptum
Rebus in immundis degenerare nephas.
Nec phas eloquium quo nos pꝛestamus amusis
Et pecoꝛi fedis dedecoꝛare modis
Sus immunda luto se oblectet: et aura palude:
Virqꝫ pꝛobus casto gaudeat eloquio.
Nec lepidum esse putet scurrilia verba loquentem
Nec comem obscenis qui dat operta notis.



Sunt quib⁹. ꝛc. Scribit vt premissi in turpiloquos qui in conuiuiis et confabulationib⁹ obscenissima semp in mediũ afferũt nec vllũ dictũ aut factũ laudandũ aut facetũ putant nisi habeat aliqd scurrilitatis obscene. Vnde baptista Mantua. cui⁹ octo pꝛiores sũt vers⁹ longe abhoꝛrens a sententia. Catuli dicentis. Nã castũ esse decet pꝛiũ ipsi⁹ vero versiculos certos et nõ necesse est taxat poetas ĩpudice scribẽtes diserto illo carmine qđ nunc in

manib⁹ est. Cuius(vt dixi)principium qđ assumpsim⁹ hoc ordine declarari pōt. Sunt pcte quib⁹ datur.i.a natura: vena eloquij.i.facilitas eloquendi: aurea.i. ditissima & cultissima: sed ipsa cadit in sordes.i.sordidas materias: & inficitur .i.polluitur: luto.i.obsceno argumento. Nam ipsi ponunt.i. describunt primo loco curas cypriȩ.i.veneris: hoc est amores & gaudia olentia.i.fetidas volupta tes. Et vnda claramergitur.i.obruitur tam fedo lacu: quod indecens postea do cet his verbis. Uita casta & pagina.i.scriptura aut cantilena casta decet poetas sacros q̄ primi theologi fuerunt & sacerdotes phebi: ac interpretes deorum: ne phas est hoc decus.i.eloquij: & hoc carmen aptum animis celestibus.i. vel spiri tibus angelicis vel animis humanis qui celestes sunt degenerare: vt degenerēt in reb⁹ immundis. Addo nec est phas dedecorare.i.dehonestare eloquium quo nos prestam⁹ amusis.i.illepidis hominibus nullam partem cum musis haben tibus: & pecori.i.brutis modis fedis: hoc est versibus obscenis. Sus immunda obledet.i.permitte vt se obledet luto: qȝ vt dicit Hor. in epi. est amica luto sus: & auca obledet se palude.i.aqua palustri & limosa: & vir probus id est honestus & probandus gaudeat eloquio.id est eleganti & lepido sermone: casto id est mun do & sine turpiloquio: nec putet loquentem scurrilia verba esse lepidum: nec est comem id est suauem & concinnum virum qui dat id est operienda & celanda obsce nis notis id est signis.

Pro superumqȝ hominumqȝ fidem: quenam dementia vexat.
Clerum stultitia: ne dicam crimine: summum
Querit quisqȝ locum: mulos curare periti
Aut scortum ductare domum sic munere leti
Mox redeunt animas iussi curare misellas.

¶ Scribitur in stultos clericos qui vix prima elementa edocti: ad curias prela tum profugiunt: illicqȝ mulos curantes: & quod peius est scorta ductitantes: as sentatione aut delatione: aut ambitu seu simonia ecclesiasticum munus: quod beneficium vocant adepti redeunt & curatione asinorum ad curas animarum Ordo est. Proque interiectio proclamantis per exprobrationem est: obtestor sup. fidem superum.i.celestium & hoīm quenam dementia vexat clerum.i.eos q̄ sint de sorte dei: quisqȝ querit sibi summum locum stultitia.i.per stultorū exer citia: ne dicam crimine.i.graui scelere eos petere summum locum.i.sacerdota lem: ipsi periti curare mulos aut ductare domum: scȝ patroni sui scortum.i.me retriculam: redeunt sic.id ē taliter leti munere: iussi scilicet a patrono suo curare mox id est paulopost animas misellas: qȝ in tali sint tutela.

## De se iactantibus. Titulus.lxxij.

¶ Quis me nobilior? Quis me consultior vsqȝ?
Quis tot res gessit? Quis tot ciuilia nouit?
Stemmata quis tot habet? Quis tot scripta atqȝ clientes?
Nec te laudaris nec te culpaueris ipse.
Hoc faciunt stulti: quos gloria vexat inanis.

¶ Scribitur in eos qui se ob generis nobilitatem aut maiorū facinora extol lunt quiqȝ ob legalem scientiam se inaniter iactant. Nam qui genus suum lau dat aliena laudat: vt pote parentum nobilitatem. At qui vere legum periti sūt laudandi quidem sunt: sed ab aliis laudari malunt: iuxta qđ dr̄. Propria laus sordet: sed nobilis est aliena. Trium priorum versiculorum priora hemisticia sunt nobilis posteriora sunt iuris consulti. Dicit ergo nobilis que me nobilior?

z alter quis me consultior vsq. rc. Duo postremi versus sunt ex noto illo opusculo quod catoni ascribitur. Quorum principium vulgo sic legitur: nec te collaudes sed laudaris pro laudaueris melius quadrat cum illo culpaueris. rc.

Pone merum z talos pereant qui crastina curant
  Alea discernat: quis modo diues erit.
Egregie pransi: melius cenabimus: ohe
  Quid preter ludum restat? amica nihil.
Sic preciosa nimis traducis tempora: que mox
  Merceris proprio sanguine lapsa lubens.

¶ Scribitur in eos qui tempora sua inutiliter in ludis z voluptatibus transigunt que postea cum serum erit etiam sanguine proprio mercari aut redimere vellent. Similes autem sūt illis de quibus exo. xxxii. Sedit populus comedere z bibere z surrexerunt ludere. Ordo est vt dicat mulier fatue. Pone. id est appone merum z talos id est aleas z taxillos: pereant qui curant crastina: est autem dictum poete. Alea discernat quis erit modo diues nos pransi egregie cenabimus: melius: quid restat preter ludum? Respondet stultus amator. amica nihil supple restat. Cetera patent.



Sperne lucrum vexat mentes vesana libido:
Fraude carete graues: ignari credite doctis
Lusuri nummos: animos quoqꝫ ponere debent:
Irasci nemini victos: placet optime frater
Ludant secure quibus es semper in archa:
Si quis habet nummos veniens exibit inanis
Lusori cupido semper grauis exitus instat.
Sancta probis pax est: irasci desine victus:
Nullus vbiqꝫ potest felici ludere dextra
Principia furiis ego sum tribus addita quarta.
Flecte truces animos vt vere ludere possis.
Ponas mature bellum precor: iraqꝫ cesset.



Sperne. rc. Carmen hoc totum nullo mutato ascribitur Vergilio in opusculis minoribus vbi tractans de ludo: prescribit quodammodo leges ludentibus admonens primo vt vitent auariciam: ne ludant propter lucrum sed ludant ad animi recreationem seu laxationem. Secundo libidinem ludendi: sed si quis generaliter accipi velit libidinē veneream z gule voluptatem q̄ sepe ludum precedit: z ita duo capitalia proscribat vitia luxuriam z crapulam. Tertio superbiam z superbos ac elatos animos. Quarto accidiam dicens ponas mature quod a pigris non fit: z nouissimo iram: addens iraqꝫ cesset non autem dicit ne irascaris: qꝛ primus impetus ire non est in no-

itra potestate: vnde Flac. lib. ser. i. Denique quatinus excidi penitus vitium ire.
Cetera item nequeunt stultis herentia. et nec ira est a toto genere pdim qz scri
ptum est irascimini & nolite peccare. Tetat ergo poeta septem capitalia vitia:
auariciam/luxuriam; gulam/superbiam. Cui comes est inuidia: que in ludo se
pe regnat: & accidiam/ac iram. Ordo aut est. O frater sperne lucrum. i. amorem
nimiam lucri: libido scz habendi: quis (vt dixi) de alia intelligi posset: vesana. i.
male sana vexat mentes scz ludentium. O graues id est qui non ad libidinem lu
ditis: carete. i. vacate fraude: & ignari credite docte. i. quod docti monent: quale
est: qz lusuri. i. qui volunt in ludum deponere nummos: debent quoqz id est etiam
ponere animos. i. animositatem & irascibilitatem. O optime frater: ego memi
ni vidos irasci. i. qz ira procellant scio: placet aut ne propter damnum irascantur:
vt illi iactant secure. i. sine anxietate: quibus es. i. pecunia est semper in arca. i.
scrinijs. Si quis habet nummos veniens ad ludum exibit inanis. Grauis. i. ma
lestus exitus: instat. i. imminet in sozi cupido. i. feruenti: qz non attendit ad fo
mam ludendi. Pax sancta est probis. i. inter probos tu vicus id est iz vincaris
Desine irasci: nullus potest ludere vbiqz dextra felici. Ego inquit ladus aut cupi
do eius: sum addita furijs tribus principio. i. que prius non nisi tres erant quar
ta. i. furia. Plecte id est reprime animos truces. i. feroces: vt possis ludere vere
id est ad recreationem; precor vt supple ponas. i. deponas: mature. i. tempestiue
priusqz aliquid cuius te peniteat postea facias bellum: & ira cesset.

Qui suo ductu propriaqz marte
Res gerit cunctas renuens doceri.
Atqz iuuari nimis ingrauantem
Sentit asellum
Qui se sponte sua per aperta pericula mittunt:
Auritis pecoris sub pede sepe iacent.

Carmen hoc partim saphicum partim elegiacum: scribitur in eos qui proprio
consilio proprijsqz viribus omnia gerere conantes: tandem sese ab asino. i. ve
cordi consilio suo oppressos ostendunt quales sunt quamplurimi: de quibus loquens
erit pagina. Ordo aut hic est. Is qui gerit cunctas res proprio ductu. i. auspicio:
& marte. i. opera & industria: renuens doceri scz a peritioribus atqz iuuari. i. fre
quenter adiuuari a potentioribus: sentit asellum: id est stultum conceptum suo
nimio ingrauantem id est opprimentem. Cetera patent.

Hei mihi quanta sibi cumulat mala stultus et excors
Quot pecora arcadie sub sua terga vocat:
Hic gaudet lepido qz lilia computat ore
Quot sibi delegit mater inepta procos:
Ille videns natum iurantem sancta deosqz
Hic ait erumnas supprimet herculeas
At mox ante diem patrios coniurat in annos
Et sozoz abiecta matre lupanar init
Ast alius lites redimit multo ere molestas:
Cui mox cum causa tempersisse doles

Est quoq; qui tumidum replens abdomine ventrem
Mox refugit stomachi pondera ferre sui.
Quisq; suos patitur manes: patitur sua quisq;
Detrimenta: asinos fert sibi quisq; suos.

Hei mihi. Scribitur in eos qui sibi multorum incommodorum causa sunt nec prius sentiunt errorem ꝙ asino ingravescente: id est ab'im prouide suscepto onere sint admoniti atq; oppressi. Est enim adagiū teutonicum in eum qui voluntariū obtulit incommodū: hic asinum suum in collo portat. Quocirca vt Maro de inferis loquens ait. Quisq; suos patitur manes: ita hic concludo asinos fert sibi quisq; suos. Ordo est. Hei mihi quanta mala cumulat. i. accumulat sibi id est in se stultus et excors. i. sine corde et prouidentia: et quot pecora arcadie. i. quot asinos id est stulte suscepta onera vocat sub sua terga: hic. i. aliquis gaudet ꝙ filia compsitatore lepido. i. facundo: ꝙ procos. i. amatores mater inepta delegit sibi scz filie: nec est mala reciprocatio que fit ad principale suppositum. Ille. i. alius videns natum. i. filium iurantem sancta et deos ait hic scilicet filius meus: supprimet. i. minus claras faciet erumnas herculeas id est labores herculis. At. i. sed: filius sup. coniurat mox ante diem id est periodum vite: in. i. contra annos patrios id est patris sui id est iurat ꝙ eos obrumpet: nec tantum durare sinet: est autem Ouidianum metaph. i. Filius ante diem. rc. Et soror sup. eius init: id est ingreditur lupanar. i. prostibulum matre abiecta id est contempta. Ast alius redimit lites id est emit in alterius conducendo lites molestas: q; dubias et hoc multo ere. id est grandi pecunia. Cui dolet mox id est paulopost rem perisse cum causa. Est quoq; sup. aliquis qui replens ventrem tumidum abdomine id est farcimine aut sumine pingui refugit mox id est statim vt oppletus est ferre pondera sui stomachi. Quamobrem quoq; patitur suos manes id est errores et furores suos: et quisq; patitur sua detrimenta id est damna que sibi peperit: et quod vulgo dicitur: ita quisq; fert suos asinos: id est luit penas temeritatis sue.

Quo fugiet tandem sine vi sine fraude colonus.
Nam vi grassatur nullo sub vindice miles:
Fraudibus ignarum spoliat nunc: scriba patroni
Mentitus partes: discet vi et fraudibus vti:
Sicq; astrea iterum cogetur in astra migrare.

Carmen hoc scribitur in milites impios stipendiis suis minime contentos et in scribas aduocatosq; et procuratores dolosos q; miseros colonos depilant et expoliant hi fraudibus: illi viribus. Ordo est. Quo. id est in quem locum seu ad quem defensorem fugiet colonus. i. agricola sine vi. i. violentia id est nulli vim inferens et sine fraudibus id est dolo malo. Nam miles id est vir bello addictus grassatur id est spoliat nunc vi. i. violentia: sine vindice. i. vindicante: et scriba. i. vt dicunt notarius mentitus partes patroni. i. defensoris: spoliat nunc ignarum scilicet litis et fraudis colonum fraudibus scilicet suis. Responsio: colonus discet vti vi et fraudibus: quod iam nimium callet. Et sic astrea id est iusticia cogetur iterum migrare id est redire in astra.

Tu ferrum ac flammas miles desane minaris
At tibi cum gladio flamma perennis adest.

De iniquis militibus ⁊ scribis. Titulus.lxxv. 

Quid facias queris: lex est prescripta roganti
    Militi ab agnifero vasta per antra duce.
Concutias nullum: fiatq; calumnia nulli:
    Et stipe contentus sis simul ere tuo.
At tu scriba nocens qui dextram vendis ⁊ ora.
    Atq; animam lucro: que tibi pena satis?
Nunc insane voras viduas simul atq; pusillos
    Et primum in cenis exigis accubitum:
At veni hora repens qua carceris infimus atri
    Iniusti questus damna cruenta lues.
Queris quid facias quod nosti: quodq; docere
    Ipse soles alios effice: saluus eris.



A ferrum ac flammas.⁊c. Sex priores versus scribunt in militem iniustum ac violentum colonorum ⁊ aliorum insontium concussorem ⁊ oppressorem. Sequens in scribam ⁊ aduocatum iniustum. Ordo est. Tu o miles vesane: minaris scilicet imbellibus: ferrum ac flammas: at id est sz flamma perennis id est eterna cum gladio id est simul cū morte violenta: aut cum supplicio simili adest: id est parata est tibi. Si sup. queris quid facias. i. facere debeas lex est prescripta militi roganti quid faceret: ab duce agnifero scilicet Johanne Baptista per antra vasta. i. deserta qui agnifer dicitur ꝙ pro insigni agnum fert quem indice prodiderat dicens Johannis. i. Ecce agnus dei: ecce qui tollit pctā mundi: de quo dicitur. Luce. iii. Interrogabant autem eum milites dicentes. Quid faciemus ⁊ nos? Et ait illis. Neminem concutiatis: neq; calumniam faciatis: ⁊ contenti estote stipendiis vestris: hec ibi. per que patent duo sequentes versiculi. At tu scriba. i. notarie ⁊ pragmatice seu aduocate nocens: qui vendis dexteram id est scripturam falsam: ⁊ ora. i. orationem falsam: ⁊ animam scz tuam: lucro. i. amore lucri. Unde Persius. Vende animam lucro.⁊c. q̄ pena sup. sit satis tibi. Tu insane voras nunc viduas atq; pupillos. Unde dn̄s Math. xxiii. Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui comeditis domos viduarū.⁊c. Et paulo ante. Amant aūt primos recubitus in cenis ⁊ primas cathedras in sinagogis ⁊ salutationes in foro ⁊ vocari ab hominibus rabbi.⁊c. Unde addo. Et exigis in cenis primū accubitū. i. locū accumbendi. At hora venit repens. i. repentina (⁊ sic corripit syllaba prima que in repens participio a repo verbo producitur) qua tu existens infimus carceris atri: vt pote tartarei: lues. i. persolues dāna cruenta. i. immanissima: questus iniusti. i. pro questu iniusto. Si sup. queris quid facias. Effice quod nosti. i. faciendum/ ⁊ quod soles docere alios/ ⁊ eris saluus. Unde dicto ca. Math. xxiii. Quecunq; dixerint vobis seruate ⁊ facite: secundum opera vero illorum nolite facere. Dicunt enim ⁊ non faciunt.

Promi/ pincerne/ satores/ ⁊ catiani
    Discipuli necnon falso epicure cui.

Cauponum famuli: parasiti guleque catelli:
  Jamdudum expectat vos mea cymba capax.
At qui stultiferas fugitis decorare carinas:
  Vah tandem video: vos tenet ipsa gula.

¶ Scribitur in eos qui potius aut cibi custodiam habentes plus gule sue quam do minorum utilitati consulunt. Quales sunt promi.i.qui cibaria custodiunt ut dum volunt promant. hor. in ser. fortis est promus. Errant qui promum pro promptuario accipiunt: pincerne.i. vini ministri: & discipuli catiani.i. coci docti quos catius erudit.ii. sermo. apud Hor. necnon id est etiam falso id est mendaciter: o epicure tui: quia licet in voluptate summum bonum posuerit: parce tamen vixit At qui id est sed car. Cetera patent.

NOn soli proceres nunc bacchanalia viuunt.
Nec soli grassantur heri\dominique potentes.
Uerum etiam immunde committunt furta culine
Atque penu famuli famuleque illis sociate:
Hic dum dormit herus furatur vina lagenis.
Illa affert lardum quod sustulit: ille sodales
Conuocat ad predam: nec deest qui ferat aucam
Subtractam domino: panem fert dauus herilem:
Enophorum teuto repletum fonte phalerno.
Pithyas emuncto lucrata simone talentum
Si vicinus habet caupo meliora catena:
Quanti sunt profert: sic viuitur absque timore.
Extremum risus tamen occupat illico luctus.

NOn soli. &c. Scribitur in culine penariique infideles dispensatores: qui absentibus aut dormientibus dominis optima queque obsonia & pocula in medium afferunt & ampliter absumunt: cum tamen quicquid intra necessitatem aut domini permissionem absumpserunt aut (quod peius est) abstulerunt in eterno supplicio reponere cogent. Ordo est. Non soli proceres.i. primores & optimates urbium: quasi urbium onera: ut trabes edificiorum sustentant pondera: viuunt nunc bacchanalia.i. more agentium bacchi sacra: quod gulose & luxuriose viuebant: nec soli heri.i. rerum priuatarum possessores: nec domini potentes: sed rerum publicarum siue iure siue iniuria: grassantur.i. violenter agunt spoliando innocentes. Uerum etiam famuli & famule sociate illis: famuli dico: culine.i. coquine immunde atque penu.i. penarii seu cellarii: committunt furta. Quia hic.i. unus eorum furatur vina lagenis.i. per lagenas: dum.i. donec vel quando herus.i. dominus dormit. Illa.i. ancilla aut ministra mercennaria affert.i. in conuiuium lardum.i. carnem salsam presertim suillam: quod.i. lardum ipsa sustulit.i. clam abstulit. Ille.i. alter minister conuocat sodales.i. alios ministros socios dapum: ad predam.i. surreptam domino nec deest.i. et non deficit aut deest qui ferat.i. afferat aucam subtractam domino dauus.i. seruus ille ex dacia fert.i. affert panem he

risem. i. ad vicum domini sui deputatum: teuto. i. minister ex teutonia seu alemannia: quo fere vinosus est affert enophorum. i. vas vinarium: quo vinum afferri solet: repletum fonte falerno. i. optimo vino quale in phalerno monte campanie italice nascitur sed fontem. i. aquam mentitur esse. Pithyas. i. ancilla callidã (et est versus Horatii in arte poetica ne quis vltimam male corripi censeat) lucrata talentum simone. i. domino suo emundo. id est mundato argento hoc est spoliato: si campo vicinus habet calena sup. vina meliora quam dominus: profert scilicet ad symbolum tantum quanti. sup. illa sunt. et sic viuitur inter eos absque timore: tamen luctus occupat illico extremum risus id est gaudii.

¶ Rustica simplicitas et nulla fraude colonas
Dicitur astream detinuisse diu.
At nunc nobilium plumis astuque sinonem
Ac ithacum instructus vinceret insidiis.
Pro farre atque fabis saccum fallacibus armis
Opplet: et ornatum corripit inde ducum.

¶ Scribitur in rusticorum ambitionem et insolentiam. Nihil est imprudentius est arrogantia eorum. Nam pro simplicitate et iusticia: astum et fraudem didicerunt: et pro pannoso amictu: ducalem elegantiã et pompam imitant. Caput plumis collũ torquib⁹ brachia metallicis. i. auro intertexto manicis: pedes rostratis calciamentis ambientes: et quod maxime detestabile est: pro tritico et farre: insidiosa arma in saccum ingerunt. Omnia nota sunt. Sinon et ithachus id est ithacensis vlisses ex. ii. Eneidos: vt quorum astu et insidiis capta est troia.


O Fortunatos nimium sua si bona norint
Agricolas: quib⁹ ipso procul discordib⁹ armis
Fundit humo facilem victũ iustissima tellus
Si nõ ingentem forib⁹ domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit edib⁹ vndã:
Nec varios inhiant pulchra testudine postes:
Illusasque auro vestes: ephyreaque era:
Alba nec assyrio fucatur lana veneno.
At secura quies: et nescia fallere vita:
Et patiens operum paruoque assueta iuuentus
Adsunt his sanctique patres. extrema per illos
Iusticia excedens terris vestigia fecit.
Sic tibi docte tuo visum est maro tempore: verum
Fraus. dolus: ambitio nostro placuere colono.


O Fortunatos. Carmen hoc fere est Verg. geor. ii. quos extollit agriculturam quam nemo bonus damnauit vnquam: verũ nostri seculi prauitas prisca colonorum deprauauit bona. Illi et iusti et simplices erant nostri sunt iniusti et ambitiosi: vt in superiori diximus. Unde addimus duo vltima carmina quibus depranatos innuimus colonos: vt

vero maronis verba quilibet intelligat. Ordo et explanatio breuis est. O fortunatos nimiũ agricolas si norint sua bona.i.sua commoda vbi qui cunctis malis vrbanorũ vacent et tot veras possideant cõmoditates: vt pote quib⁹ ipsa tellus.i.dea aut virtus terre iustissima: q2 longe plus reddit q̃ acceperat: fundit procul.i.remota quasi procella: armis discordibus: vt sunt intestina fundit humo.i.per terram victũ facilem.i.parabilem: et facilẽ collectu si.i.tametsi domus alta vt sunt in vrbe: altis foribus.i.habens altas fores: non vomit mane totis edibus.i.ex omnib⁹ angulis ingentem vndam.i.multitudinem more vndarum se erumpentiũ salutantiũ.i.eorũ qui salutandi gratia se ad diuites vrbanos ob sportulam seu distributionem elemosinarũ conferũt. Nec.i.et q̃q̃: non inhiant id est auide affectant postes varios pulchra testudine.i.sub testudinata camera et vestes illusas.i.intertextas auro: et era.i.erea signa ephyrea.i.corynthia: nã corynth⁹ olim ephyre dicebat. Ubi aũt combusta est ex auro: argento et reliquis metallis quorũ illic magna vis erat inuenta est species eris ad signa fingenda optima. Nec lana alba (nã nigre nõ imbibunt colorẽ) fucatur.i.imbuit veneno assyrio.i.colore tyrio: hoc est purpureo. At.i.nihilomin⁹: quies secura et vita nescia fallere: et inuent⁹.i.multitudo iuuenũ patiẽs operũ.i.laborũ et assueta parua.i.sũptui: adsũt hic.i.colonis: et p̃res scĩ.i.incorrupti iudices: vt seq̃ntia docẽt.

Percutite in faciem: colaphos impellite tergo:
  Dum teneam loculos omnia perpetiar.
Preter pauperiem nihil intolerabile cuiq̃:
  Q̃ nummos oculos perdere prestiterit.
Haud facile emergunt quorum virtutibus obstat
  Res angusta domi: nec magis ampla seges.
Solus ludibrio est qui nil habet: At male sane
  Omnia qui fecit sua sit habere nihil.

¶ Scribit in stultos diuitiarũ amatores: in quos dicit psal. Diuitie si affluerint nolite cor apponere: sed tales gratius intuentur aurum q̃ celum. Carmina hec aperta sunt. Haud facile emergunt id Iuue. est suasit exemplo suo et verbo dicens. Si vis perfectus esse vende omnia que habes et da pauperibus.

Infantem nudum cum te natura creauit
Paupertatis onus patienter ferre memento:
Quod si pertuleris censebis munera nondum
Intellecta deum: nec frustra protulit arcas.
Aude hospes contemnere opes: et te quoq̃ dignum
Finge deo: rerum quo non est dignus amator.
Mens alta est nostris quos dant mala tempora stultis
Hos solos aiunt sapere et bene viuere: quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.
Et genus et mores regina pecunia donat:
Quantum quisq̃ sua nummorum spectat in arca
Tantum habet et fidei: siquidem dat census honores

## Census amicitias: paupertas gaudia celi.



Infantem. &c. Carmina hec sumpta sunt ex diuersis authorib⁹: duo prima ex catone. Illud aũt & munera nondũ intellecta deũ: lucani est de paupertate. At illud aude ho. cũ principio sequentis Vergilii in lib. viii. Hos solos est hor. in epistolis. similiter illud. Et genus. &c. Illud vero. Quantum quisq; est Iuue. Sed quod sequitur dat census honores est Ouid. At vltimũ & pauca alia; nostra sunt vnde ex multis vt proposui pannosam consui satyram. Ordo autẽ est. Cum. s. qm̃: natura creauit te infantem nudum: qđ & Iob attestatur. Nudus egressus sum de vtero matris: memento ferre onus paupertatis qđ dumtaxat illis graue est q̃ illud inuite ferunt: vnde beati pauperes spiritu. Quod. s. onus si pertuleris. s. ad finem vite tuleris q; leue est miserias ferre: perferre aũt graue: quod verbũ senece intelligam donec ad consummationem euaseris: q; de virtute dr̃: sz requiem prebet fessis: in vertice summo: si ergo pertuleris: cẽdebis sup. eam esse munera. i. beneficia deum. s. deorũ: nondum intellecta. s. a stultis qui nesciunt quante requiei: & interni gaudii pariat non sordida paupertas. Et arcas. s. euander protulit. i. dixit. viii. ene. ad eneam non frustra o hospes. i. enea: aude quia perpauci id fecerant: vnde terribile tunc videbatur contemnere opes. i. diuitias & finge. i. effice & ostende: te quoq; dignum deo. s. hercule: qui eodem prius susceptus fuerat hospicio: quo. s. deo authore seneca hoc verbum cõmendante: non est dignus amator rerum. Illa mens est nostris stultis quos mala tempora dant id est producunt Vnde Iuue. Terra malos homines nunc educat atq; pusillos. Qz sup. ipsi aiunt hos solos sapere & viuere bene. i. decenter: quorum pecunia conspicitur fundata: villis nitidis. Et sup. quibus pecunia donat genus: id est generositatem & mores: scz probatos. Quia quisq; habet tantum fidei id est tantum cuiq; confiditur: quantum nummorum spectat in arca sua. Siquidem census id est amplitudo opum que per censum cognoscebat: dat honores & amicitias: vnde Iuue. O nummi vos estis fratres. Paupertas dat gaudia celi: quia pauperum est regnum celorum.

¶ Quisquis inceptum pigritans honestum
Deserit manus: vel aratra ducens
Spectat auersus: nequit esse summo
　Munere dignus
Quelibet expectat virtus sua premia: verum
Aufert propositam constantia sola coronam.

¶ Scribitur in non perseuerantes in quos dr̃ Luce. ix. Nemo mittens manũ suam ad aratrum: & aspiciens retro: aptus est regno dei. De stultis autem aratorib⁹ habet Eccle. xxxvi. Qui tenet aratrũ & qui gloriatur i iaculo stimulo boues agitat & conuersatur in operibus eorũ: & narratio eius in filiis taurorum. Cor suum dabit ad versandos sulcos: & vigilia eius in sagina vaccarum. Verum hoc secundo dicto vtentur potius in re vili spem & gloriam suam reponentes q̃ non perseuerantes argui; q; vero sola perseuerantia coronat late est apud augustinum de bono perseuerantie declaratum.

Incepisse nihil si non perfecerit affert
Artifici laudis: nil profuit ante fuisse

## De non perseuerantibus in bono opere. Titulus. lxxix.

Discipulum domini iude qui tradidit ipsum.
Nil pietas diro prodest simulata neroni.
Atqz parum confert incepta iustitia pylato.
Nilqz palestine prodest lex prisca colonis
Namqz electa prius gens est abiecta: pudendo
Quod dominum celi confixit perfida ligno.
Multi antichristi iam multo tempore nati
Recte inceperunt sed perficere haud voluerunt.
Sola igitur palmam confert constantia veram
Proinde bene inceptum constanter perfice munus.

Incepisse nihil. Carmen hoc totu est in commendationem perseuerantie q nullus stultoru obtinet: et que sola coronam affert. Nam nisi quis legitime certauerit vsqz ad finem non coronabit. Multi autem bene inceperunt qui in malo vitā finierunt. Et erant falsi discipuli: tot falsi christiani. Nihil profuit iude traditori q ad apostolatu euectus erat: qz episcopatum eius tulit alter: nihil neroni q ante imperiu adeptum humanam benignitatem simularit. Parum prodest pylato q tantus amator iustitie visus est prius q dnm morti traderet: vt rarus sit inuentu inter christianos iudices q si hominem (cuiusmodi tunc videbat xps) abiectu et humilem: oim pontificu et scribaru: totiusqz populi vocib9 crucifigendu expostulari audierit tam anxie ad ei9 diiudicationem procederet: aut tot labores pro eius redemptione obiret: parum dico prodest: qz vero similie est mitius torqueri q si statim condemnasset. Unde et dns propterea qui me tradidit tibi maius pctm habet. Ordo aut est. Incepisse scz aliquod opus nihil affert laudis artifici: si non perfecerit. Fuisse ante. i. prius discipulum dni: nihil profuit iude qui tradidit. i. iustitia incepta: scz ante condemnationem xpi confert p neroni diro. Atqz astrea ipsi. Pietas simulata: scz ante imperium nihil profuit parum pylato: et lex prisca id est obseruatio veterum ceremoniarum nil prodest colonis palestine. i. iudei qui ex egypto in palestinam venerunt. Nam gens electa prius est abiecta: q. i. qz perfida confixit dnm celi: ligno pudendo. s. crucis: in qua tunc turpissima erat mors. Multi antichristi nati iam multo tempore (qz ex eo tempore quo Joannes epistolam primam scripsit in cuius. ii. ca. dz Nunc antichristi multi sunt Unde scimus: qz nouissima hora est. Ex nobis prodierunt: sz non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis permāsissent vtiqz nobiscum. zc.) Inceperunt recte: sed haud voluerunt perficere qz non habuerunt gratiam dei qui dat velle et perficere: aut qz restiterunt ei. Igitur sola constantia id est perseuerantia confert veram palmam id est coronam victorie proinde id est et ideo: perfice constanter munus id est officium inceptum bene id est recte.

¶. Qui non ante mori didicit q sit morendum
Huic visa est tristis mors et amara nimis
Certum est cuiqz mori: nihil est incertius hora:
Sed sapiens viuit qua velit arte mori.

Uiue memor leti dum res est leta: repente
    Ut fur nocturnas mors properare solet:
Nec tibi promittas valido iuueniq̃ senectam:
    Nam cadit ante diem plurima turba suam.

¶ Scribitur in neglectores mortis: quos cum improuidos inuaserit mors mi sere perturbat. vnde nihil melius q̃ mori priusq̃ moriendum sit: sed vt dicit Seneca. In hoc omnes fallimur q̃ mortem non prouidemus: cum nihil sit certius morte: nihil incertius hora mortis. Sapiens autem viuit vt velit mori: quia secundum hieronymum nihil est horribilius q̃ aliter viuere. Cetera patent.

Quandoquidem stultũ est multa anxietate timere
Quid vitare nequis dixitq̃ haud futilis author
Fortem posce animum mortis terrore carentem
Qui spacium vite extremum inter munera ponat
Nature: doctusq̃ dedit sic ante poeta.
Felix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atq̃ metus omnis et inexorabile fatum
Subiecit pedibus: strepitumq̃ acherontis auari.
Si nihil est in morte mali que rite parata est
Iudice me insanit tam qui mortem nimis horret
Q̃ qui contemnit: nihil ergo migrare verebor:
At migrare malus: cur nitar viuere iustus.



Quandoquidem. rc. Quia vt Seneca inquit. stultum est timere quod vitare nequeas cuiusmodi est mors: q̃z constitutum est omnibus semel mori tam diuitibus q̃ pauperibus. vnde Job. xxi. Iste moritur robustus et sanus: diues & felix: viscera eius plena sunt adipe: & medullis ossa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine anime sue absq̃ vllis opibus et tamen simul in puluere dormient: & vermes operient eos. Item quia iuuenalis dixit. Fortem posce animum mortis terrore carentem. Et vergilius felicem dicit qui fatum subiecit pedibus. i. mortem contempsit. Et philosophi dicunt nihil mali esse in morte quod de malo culpe in concesso est: videtur tam his insanire qui stulte timet mortem q̃ qui temerarie contemnit: vnde concludo non esse timendũ mori: q̃z preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. Mors autem peccatorum pessima. Qui vero male mori non vult: viuat bene: id est caute. Ordo est. Quãdoquidem. i. qm̃ stultum est timere sup. cum multa anxietate: id quod nequis vitare: cuiusmodi est mors. Et author non futilis. i. non leuis: sed grauis vtpote Juuenalis dixit saty. x. Posce scz a deo: animũ fortem carentem terrore mortis: & qui ponat spacium vite extremum. i. minimũ inter munera nature: & poeta doctus scz Maro dedit. i. dixit ante scz q̃ iuuenalis: sic. i. hoc modo georgi ii. Felix sup. est: qui potuit cognoscere causas rerum. atq̃ qui subegit pedibus sup. suis: omnis metus & fatum inexorabile. i. necessitatem moriendi que nullis precibus auerti potest: et subegit pedibus strepitũ:

id est omnem pompã acherontis auari. i. pertinentẽ ad exequias funebres que ad acheronta fluuium infernalem dictum q sine leticia sit spectant: si nihil mali saltem culpe: vt quidam philosophi attestati sunt pene: est in morte que scilicet mors est parata: id est prouisa & predisposita: rite/id est decenter: ergo supreme iudice. i. iudicante aut iudicio meo insanit tam is qui horret nimis mortẽ q̃ is qui contemnit eam. Ergo quia non decet eam nimis timere: ego non vereor migrare: id est decedere ex hoc mundo: at. i. sed vereor migrare malus: cur id est q̃obrem nitar viuere iustus id est bonus.

Nuncius imprudens vino se ingurgitat acri
   Et que fert prodit: nec cito pergit iter.
Prudens est verax: tacitus: celer atq fidelis:
   Sobrius & cautus nil nisi iussa loquens.
Ergo potest vecors stultorum ascendere nauem:
   Ut cito stultigenum littus adire queat.

¶ Scribitur in nuncios stultos qui se cibo & vino acri ingurgitantes commissum munus obire decenter nequeunt: nam aut secreta produnt: aut titubantibus pedibus non satis celeriter & fideliter iter faciunt. Prudens autem debet esse verax: tacitus celer et fidelis. Sobrius et cautus nil nisi iussa loquens quod etiam legati oratoris seu caduceatoris munus est. Carmina manifesta sunt. stultigenum littus dictum est sicut a marone caprigenumq pecus.

## De contemptore dei. Titu. lxxxij.

Quid facis ah demens: silens est ira tonantis
Nec subito dirum punit fulmine crimen
Idcirco stolidam prebet tibi vellere barbam:
Ignouisse putas: et nullo vindice speras.
Tantam ferre scelus: vecors si non respicis
Que dilata diu: geminas parit vitio penas.

¶ Scribitur in eos qui sacrilego ausu deum prouocant & irritant putantes eũ non curare mortalia aut nullam vindictam facturum de enormi crimine: q eos ad penitentiam expectet. Cum tamen quanto diutius eos expectauerit diuina misericordia: tanto acrius puniat eos si non resipuerint diuina iusticia. Nã vt valerius maximus dicit quod alibi quoq recitauimus. lente ad vindictam sui diuina procedit: & ira: tarditatemq supplicii grauitate compensat. Idcirco stolidam. i. quam stolidam tenes. Est autem persianum. Ac cetera patent.

## De blasphemantibus iurando. Titu. lxxxiij.

¶ Quem petis telo triplici scelestẽ:
Nonne supremi genitum tonantis:
Quid mali fecit: vitio quid illi
   Das male grate:
An q humanam miserans ruinam
Induit carnem moriturus: idq
Exprobras illi per amara passi
   Uulnera iurans:

¶ Scribitur in blasphemos in quos sequens erit pagina neq quicq̃ obscuri hec habet nisi dubites cur triplici. i. tricuspide telo Christum petant: quod propter tria capitalia peccata. superbiam. auariciam & luxuriam fingitur: aut propter tres in diuinitate personas que a blasphemo leduntur.


PRo scelus horrendum blasphema tricuspide telo
Gens humana petit genitum patris altitonātis
Atq; illi exprobrat ꝙ nostros induit artus
Langoresq; tulit nostros miseratus ab alto
Casum infelicem quo primus corruit adam
Quid blaspheme: dei iuras per vulnera: mortem:
Et caput ⁊ ventrem vel sacri sanguinis vndam:
Non sint ista deo: nisi sit miserata labores
Vera dei soboles nostros: humanaq; membra
Induerit caste de puro sanguine matris.
Hoc est ergo illi quod das male grate pudori:
Desine sacrilegis iterum crucifigere labris
Virgineum partum: penamq; horresce propinquam.

PRo scelus scribitur (vt dixi) in sacrilegos blasphematores: qui vbi atrabili aut quauis offentiuncula prouocantur: statim iurant per mortem dei: aut per caput/ventrem/vulnera ⁊ similia: quasi vero dei sint illa propria: aut mori potuisse nisi per communicationem idiomatum eo ꝙ vnus est mediator dei ⁊ hominum deus ⁊ homo Jesus christus dominus ⁊ saluator noster: quocirca quicunq; iniquo animo per talia que aliter dei non essent iurant blasphemantes christo beneficium incarnationis ⁊ passionis exprobrant. Jn quo est canon. xxij.q.i.si per capillum. Et lex in auten. vt non lux. con.na.cir. medium col. vi. Peccant preterea in legem decalogi. Non sumes nomen dei in vanū. Unde le ui.xxiiij. Dominus locutus ad moysem hanc tulit sententiam de blasphemo. Educ blasphemum extra castra: ⁊ ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius: ⁊ lapidet eum populus vniuersus. Et ad filios israel loquens. Homo qui maledixerit deo suo: portabit peccatum suum: qui blasphemauerit nomen domini morte moriatur. ⁊c. Ordo est. Pro scelus horrendum. i. abominandum gens humana blasphema: petit. i. insidiose aut malitiose inuadit: telo tricuspide. i. lingua venenata more serpētis qui linguis micat ore trisulcis: aut ledens trinitatem: aut triplici peccato: genitū. i. filium vnigenitū patris altitonantis vez christum: atq; exprobat. i. opprobrio dat illi ꝙ induit nostros. i. humanos artus: ⁊ quod (vt propheta dicit) tulit langores nostros. i. quos nos meruimus: miseratus ab alto scz celo: casum infelicem quo primus adam corruit O blaspheme quid id est ad quid iuras per vulnera: mortem: caput ⁊ ventrē seu vndā sanguinis dei. Jsta per q̄ iuras non sint deo. i. deus non haberet ea in se nisi vera soboles dei. i. christus sit miserata labores nostros. Est ergo hoc scz ꝙ miseratus est quod das illi pudori. i. vitio: o male grate desine crucifigere iterum: q2 semel prius sic secundum augu. de concordantia euangeliorum crucifixus est hora sexta secundum Marcum. Omnia autem patent.
Miratur stolidus dum conspicit ethere missa
Tanta flagella dei: nunc ranas: nuncq; locustas:

Nunc vim fulgetre, nunc grandinis impetuose:
Nunc mala dira famis: contagiaque improba pestis:
Detestata piis nunc matribus horrida bella:
Nec causas horum vitat peccata malorum.

¶ Miratur. etc. Scribitur in eos qui stulte mirantur flagella dei: et tamen causas tantorum malorum utpote peccata non dimittunt: quemadmodum pharao: plagas quidem in egyptum dimissas stupidus exhorruit: nec tamen populum dei liberum abire permisit. Fulgetre. i. choruscationis et fulminis. Grandinis impetuose. i. cum impetu calamitatem inferentis et sata leta prosternentis: vim. i. vehementem copiam. Dira. i. execrabilis quasi dei ira emissa. Detestata matribus. sic Hor. i. car.

Stulte flagella videns celo demissa supremo
Miraris tanti que sit origo mali:
Si nescis: sceleris pro mensura modus esse
Plagarum debet sic moderante deo.
Tantum autem sceleris committitur ut neque moses
Nec samuel possit flectere tela dei.
Non quia dilectos negat exaudire precantes:
Sed quod peccatis gens studet usque suis:
Cesset peccatum: cessabit et ira tonantis
Que datur ut presens criminis antidothum
Nam plage ad dominum nos cogunt sepe reverti
Et reserant letis lumina clausa bonis:


Stulte. etc. Scribitur in eos qui flagella dei stupentes peccata sua ob que illa demissa sunt non dimittunt/ sicut de pharaone in principio exodi late patet. Que ad hunc locum maxime conducunt cum ordine adducam. Is autem talis est. O stulte tu videns flagella demissa. i. deorsum missa utpote de celo supremo. i. de throno dei/ miraris que sit origo. i. occasio tanti mali. i. tantorum adversorum. Si nescis: modus. i. mensura plagarum debet esse pro mensura. i. secundum mensuram sceleris/ et hoc deo moderante. i. temperante iusticiam suam sic. unde dicitur deutero. xxv. Pro mensura peccati erit et plagarum modus. Et apo. xviii. Quantum glorificavit se et in deliciis fuit: tantum date illi tormentum et luctum. Tantum sceleris committitur. i. nunc ab omnibus ut neque moses neque samuel possit flectere tela dei. Unde hiere. xv. Si steterint moyses et samuel coram me: non est anima mea ad populum illum. Non quia deus negat. i. recusat exaudire dilectos. i. suos precantes: quia etiam a moyse quodammodo coactus est precibus ad parcendum populo israel/ sed quod gens studet. i. diligentem operam dat usque. i. continue peccatis suis. Cesset. i. demus ut primum cesset: ira tonantis. i. dei: cessabit et. i. etiam. Que. i. ira dei datur ut antidothum. i. remedium contra venenum criminis: presens. i. cito sanans vel sic ut presens quantum ad presens seculum: quia in futuro nullum est remedium/ nullaque remissio. Nam ut divus Grego. docet/ plage. i. flagella dei/ hoc est mala que nos hic patimur: cogunt sepe nos reverti ad dominum. i. ad dominum nos ire compellunt. Unde psal. Ad dominum cum tribularer clamavi. etc. Et

plage dei referant. i. aperiant nobis lumina clausa. i. oculos clausos: bonis le-tis. i. ad voluptatem pertinentibus que illis dumtaxat bona sunt qui illis be-ne utuntur: vulgo tñ dicuntur bona sicut labores & angustie dicunt mala / ut in geor. Assuetumq; malo ligurem. i. labori. Est aũt hec quoq; sententia divi Gre. Unde debemus gratanter ferre flagellum dei: q; flagellat omnem filium quem recipit / sed ut dicit psal. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.

Da puer plectrum faciles q; musas.
Et dabo pulchrum phaleris caballum
Quem scio pluris merito estimandum.
Voq; minoris.
Qui videt utilius sumens sibi deteriora
Absit & radius luminis absq; mora.

¶ Carmen hoc scribitur in stultos permutatores & estimatores rerum de qui-bus prius locuti sumus & loquemur latius in sequenti / & in quos est principiũ sermonum Horatii. Pictura representat nobis eum qui equum pro musico cor-nu seu musa cornuta permutat: id est rem utilem pro delectabili & voluptuosa. Estimandum id est apprecianduum. Sequentes versiculi habentur corrupti glo. insti. q cum eo qui. in versi. sed erit. & in autenti. quib. mo. na. effi. sui col. i. pe. ff. a iu. & fa. igno. &c.



Pro superi q̃tum mortalis friget egestas:
Quantũ auet a vero degenerare bono:
Ut iugulẽt hoĩes surgũt de nocte latrones
Ut sese servet surgere nemo parat.
Multi aĩam lucro stabilẽ vendũt fugitivo
Plus q; voluptatem q̃ bona sũma colũt.
Nemo maris furias prelato exhorruit auro:
At multi fugiunt sydera danda bonis.
Nemo putat venerem partam vel sanguine amaram:
Astra sed ob modicum tristia censet onus.
Sic omnes errant quibus addunt sydera lucem.
Difficile est homini noscere vera bona.

Pro superi. Scribit ut superiora quedam in fatuos rerũ estimatores & permutatores: q̃ vtilia p iocundis celestia p terrenis libenter per-mutant quales sunt oẽs peccatores q̃ auersi ab incõmutabili bono / hoc est deo ad cõmutabile ac transitoriũ se cõvertunt: & precipue voluptatis ac avaricie illecebris illecti. Unde ut carminis nr̃i ordinem simul cũ explanatione cõtexam explanem hoc ordine. Pro superi. i. celestes seu celicole / q̃tum friget. i. aberrat a vero iudicio & hebet nam quibꝰ precordia frigida sũt obtusa sunt in-genio. Unñ Maro geor. ii. Frigidꝰ absisterit circũ precordia sanguis. Cui r̃ndet illud (Juve. Sez arguitur: q leua in parte mamille. Nil salit arcadico iuveni.) aut friget. i. a bono opere abhorrat / egestas mortalis / homo multorum indigus

Etiam auet.i.valde cupit: degenerare.i.more degenerantiū deficere a vero bono Latrones enī(vt dicit Hoꝛ.i.epi.)surgunt de nocte.i.requie nocturna/ vt iugulent.i.occidant petendo iugulū/hoīes.i.quos nocte offenderint: & nemo parat surgere: vt seruet sese.i.a damnatione eterna. Multi.i.hoīes vendunt animā stabilem.i.eternam: lucro fugitiuo.i.parū duraturo/ & multi colunt plus voluptatem q̄ inter minima pecunia bona deputatur: q̄ bona summa.i.ipsum deū aut fruitionem ei⁹. Nemo exhoꝛruit.i.expꝛesse hoꝛruit: furias.i.tempestates furiosas maris: auro pꝛolato.i.offenso(sic Luca. Non deest pꝛolato ieiunus venditoꝛ auro) At.i.sed: econtrario/multi fugiunt sydera danda bonis.i.aptis & strennuis. Nemo putat venerem.i.amicam partam.i.acquisitam: vel .i.etiam sanguine: id est effusione sanguinis amaram: immo tanto dulcioꝛē quanto pl⁹ sanguinis effuderit/sed censet.i.iudicat astra: id celestia regna tristia ab onus modicum(vnde dicit dñs Math.xi. Jugum enī meum suaue: & onus meū leue) Sic.i.in hunc modum errant oēs: quibus sydera.i.celestia beneficia/ abdunt.i.occultant/lucem.i.veram cognitionem/q2 vanum est ante lucem surgere: vt de malis dicitur. Excecauit eos malicia eoꝛum. Difficile autem est homini noscere vera bona/quod non ex causa sed ex effectu pꝛobatur/quia vt dicit Juuenalis pauci dignoscere possunt vera bona.

Stulte senex natis plenis fers era crumenis.
Qui tibi mendico colaphos & verbera nudo
Pꝛobꝛaq3 mox referent: noli indulgere malignis.
Magna patrum pꝛauos facit indulgentia natos.
At docet annosus fractis ceruicibus heli.

¶ Scribitur in parentes nimium faciles & indulgentes in liberos: & in liberos malignos & rebelles in parentes suos: sed q2 sequens particula respiciet liberos hic de parentibus pꝛecipue loquar. De quoꝛum indulgentia.i.molli educatione & neglectu castigationis habemus manifestū exemplum in heli pꝛimi reg. iii.& iiii.cap. In opusculo de disciplina scholarium quod Boe.ascribitur: etiam aliud est de Lucretio vnde sunt plebei versiculi. Lucretii casum pater hoꝛre: nō sine natum Incastigatum si non vis perdere nasum. Noli indulgere.i.nimiam licentiam permittere: aut eoꝛum voluntati obsequi: vnde pꝛouer.xxiii. Noli subtrahere a puero disciplinam: si enim percusseris eum virga non moꝛietur. Tu virga percuties eum/ & animam eius de inferno liberabis.

Vah genus ingratum superisq3 inuisa pꝛopago
Siccine: munificum pellitis ambo patrem
Has illi grates: hec pꝛemia digna refertis?
Qui vos pꝛogenuit pauit & excoluit?
Audetisne patrem colaphis pꝛopellere vestrum?
Aut canos trucibus cernere luminibus?
Audetisne patri mendico alimenta negare
Qui vobis sudans cara alimenta dedit?
Audetisne patrem verbis explodere diris?
Qui vobis blando tot dedit oꝛe iocos?

Desinite insani diuinam arcessere virgam:
Prestiterit multo verbera ferre patris.
Et si longeui clarique hic viuere vultis
Afficite (vt dominus iussit) honore patrem.

Vah gen⁹ ingratū. etc. Scribit in malignam prolē parentes iniuria et contumelia aut etiam verberib⁹ afficientem/ contra preceptū decalogi. Exo. xx. honora patrem tuū: et matrem tuam/ vt sis longeuus super terram: quā dñs deus tu⁹ dabit tibi. De quo dicit apostol⁹ qđ est primū preceptū cū promissione vel lō glorie vite. Vnde et Eccl. iii. Qui honorat patrem suū iocundabit in filiis et in die orationis sue exaudiet. Qui honorat patrem suū vita viuet longiore. Itē Qui timet dñm honorat parentes: et quasi dñis seruiet his q̄ se genuerunt. In opere et sermone et patientia honora patrem tuū. etc. Contra quos dr̄ Exo. xxi. Qui maledixerit patri suo vel matri morte moriat. Qđ etiā leui. xx. habet. Ordo aūt est. Vah q̄ exprobratiua est interiectio: gen⁹ ingratū: et ppago. i. ppagatio et generatio inuisa superis. Pellitis iccine ambo. i. filius et filia patrē mu- nificū. i. in vos. Refertis has grates. i. grās: et hec premia: digna. i. tanto labore et impendio: illi. i. patri q̄ pgenuit: pauit. i. educauit et excoluit. i. culte vestiuit vos. Audetisne procellere colaphis. i. nodosis baculis/ patrē vēm. Aut audetis cernere canos. i. caniciem ei⁹ luminib⁹. i. oculis: trucib⁹ truculentis. Audetisne negari patre mendico alimenta q̄ sudans. i. labore dedit vobis alimenta caraque sudore vult⁹ sui parta: Audetisne explodere. i. cū irrisione et manuū cōcussione eiicere patrem verbis diris. i. execrabilib⁹. Qui. i. pr̄ dedit vobis. i. infantulis/ tot iocos. i. iocosa dicta/ ore blando. i. blandienti. O insani desinite arcessere. i. prouocare in vos/ virgam diuinā. Prestiterit multo. i. longe meli⁹ fuerit ferre verbera patris q̄ dei. Et si vultis viuere hic. i. super terram longeui et clari. i. illustres et honorati: afficite patrem honore vt iussit dñs scz deus: qz Qui maledicit patri suo et matri extinguetur lumen eius in mediis tenebris. prouer. xx.

## De garrulitate chori. Titulus. lxxxvii.

Esseda ferrato vix tanta tonitrua cantho
Acta pauimento vel super era citant:
Nec concussa crepant valido tam carbasa vento
Quot male compositi murmura rauca chori.
Tollite sacrato mundana negocia templo.
Tollite diuinis verba prophana locis.

¶ Carpitur hoc carmine garrulitas chori que procedit ab ipsis canonicis saltē noīe: nam veri canonici. i. regulares canonem seruant: qui vt habetur. c. decet. de immu. Eccle. lib. vi. et. c. cū decorem. de. vi. et ho. cle. dicit sic. Cessent in ecclesiis vana et multo fortius feda et prophana colloquia. Cessent confabulationes quelibet. etc. Secularia negocia in ecclesia non debent tractari. Esseda sunt vehicula precipue gallicana. Canthi sunt circunferentis rotarū. Alludo ad conatus salomonei de quo enei. vi. d[illegible]ens qui nymbos et non imitabile fulmen. Ere et cornipedum cursu simularat equorum.

## De singularitate improbanda. Titulus. lxxxviii.

Sunt qui se solos sapere arbitrantur abunde
Et primum ostendunt si contradixeris vnguem:

Quos merito poteris censere superstitiosos
Aut qui mensuram non seruant: immoderatos.
Vir sapiens nisi sit speciali preditus arte
Nil preter reliquos studeat fecisse probatos.

¶ Carpuntur qui in sua sapientia confidentes singulari quadam vita et a communi bonorum consuetudine abhorrente viuere contendunt, nec ab intento suo reuocari possunt. In quos videtur illud dictum. Singularis ferus depastus est eam. Et sine dubio illud dicitur quod habetur. xl. dis. quisquis vbi sic dicitur. Quisquis rebus pretereuntibus (aut permissis) restrictius vtitur quam sese habent mores eorum cum quibus viuit aut intemperans aut superstitiosus est. Quisquis vero sic eis vtitur vt meta consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid significat aut flagitiosus est: in omnibus enim talibus non vsus rerum: sed libido in culpa est.

Luciferi fastus detraxit ab ethere secum
  In stygias tenebras agmina spirituum.
Quo mulier vultu fucoque instructa superbo
  Humanas animas destinat innumeras
Nullaque spiritui tam sunt presentia vafro
  Retia: quam vultus feminei que doli.
Proinde puer summe si qua est tibi cura salutis
  Effuge comptarum lumina, verba, manus.

¶ Scribitur in superbiam precipue muliebrem que exteriori eminet apparatu quem ad miseras animas captandas instruit: vt in sequenti latius dicam. In stygias.i. infernales tenebras: que luci contrarie: presentia efficacia. Summe quod eterne: ac anime lumina. id est oculos et visum: verba id est colloquia: manus id est tactum. Cetera patent.

Quo te sectabor damnosa superbia versu
  Omnia sunt cunctis te duce nata mala.
Lucifer in tenebras per te ruit ethere summo
  Et paradisiaco primus ab orbe pater.
Per te se vidit pecudem babylonius auctor
  Et fenum tanquam bos foret edit iners.
Te stimulante suum quoniam iussit numerare
  Dauid rex populum perdidit innocuum.
Singula cur referam? virtutem polluis omnem
  Cum sis innumeri fons et origo mali
Sed quamquam sexu nunc regnas in muliebri:
  Olim contriuit virgo modesta caput.

Quo te sectabor. Scribitur (vt dixi) in superbiam per quam omnia mala nata sunt. Nec obest quod scriptum est, inuidia dyaboli mors introiuit in orbem terrarum: quia si non fuisset superbia non fuisset dyabolus. Primus enim angelus et complices eius per superbiam peccauerunt. Nec

est inuidia sine superbia que mater est inuidie. Illi enim inuident qui superiorem aut parem videre non possunt: vnde orta sunt inter Pompeium & Cesarē grauissima bella. Per superbiam etiam lapsi sunt primi parentes/ qꝫ voluerunt esse similes deorum. Per eandem peccauit Nabuchodonosor dicens. Danie. iiii. Nonne hec est babylon ciuitas magna quam ego edificaui ī domum regni: in robore fortitudinis mee & in gloria decoris mei? Cumqꝫ sermo adhuc esset in ore regis: vox de celo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex. Regnum tuum transibit a te: & ab hominibus eiicient te: & cum bestiis & feris erit habitatio tua: fenum quasi bos comedes/ & septem tempora mutabuntur super te: donec scias ꝙ dominetur excelsus in regno hominum & cuicunqꝫ voluerit det illud. Eademqꝫ hora sermo completus super nabuchodonosor. &c. Per eandem peccauit Dauid iubens numerare populum suum. ii. Regum vltimo. Quo facto: percussit angelus domini septuaginta milia virorum. Peccauit & absalon filius eius et fere reges omnes peccantes per eandem peccant cum sit fons et origo mali. Dominatur autem potissimum in muliere/ & tamen a virgine vide licet maria caput eius contritum est: quia respexit humilitatem ancille sue. &c. Ordo est. O superbia damnosa. id est plena damnorum: quo versu secte vox id ē persequar te: omnia mala sunt nata te duce id est adducente cunctis scilicet ea patientibus: lucifer pulcherrimus angelorum ruit summo ethere per te in tenebras scilicet infernales/ & primus pater scilicet adam: ruit ab orbe paradisiaco: id est paradisi terrestris. Auctor babylonius scilicet nabuchodonosor qui edificauit vel auxit babylonem/ vidit per te se pecudem & edit id est comedit tenui tan ꝙ foret. id est bos: dauid rex quoniam iussit te stimulante numerare populum perdidit ipsum innocuum cur sedet id est persequar singula: tu polluis omnem virtutem: qꝫ si tibi nobilitas sapientia formaqꝫ detur. Sola superbia destruit omnia si comitetur. Virgo modesta: videlicet maria vt dixi. Cetera patent.

Publica pernicies & gens inuisa tonanti
 Mutuat vt sortem lucraqꝫ magna petat
Absqꝫ labore suo: nummo nummum pariente
 Et re rem: diues protinus efficitur.
Nil ius pontificum nihil obstat sanctio christi
 Quin animam placito vendat & astra lucro.

¶ Scribitur in vsurarios & feneratores de quorum pernicie sequens erit pagina: dicuntur autem publica pernicies: qꝫ exhauriunt pauperum fortunas dum ipe dilationis fenus parui pendunt: & ita cum pignora statuto die redimere nequeant: tanti tempora quanti pecuniam vsurarii vendunt. Non enim vltra dimidium valoris mutuo dant. Ordo est. Pernicies. i. peremptio & destructio publica. i. publice nocens/ & gens inuisa tonanti. i. deo contra cuius liberalitatem & edictum facit: mutuat. i. mutuo dat vt petat sortem. i. quicquid mutuo dederis & magna lucra id est tenora. Et re rem supple pariente. Cetera patent.



Plurimus ex nimio studio fit stultus & astu
Interqꝫ astutos stultissimus insipientes
Est ꝙ pro lucro dumtaxat mutuat amplo.
Nam sibi dum sapiens rebusqꝫ videtur onustus.

Infelix praua delirat mente\miserque
Accumulat sero que flebit fenora luctu
Et procedit eo dementie\vt omnia preter
Que frumenta domi conseruat: perdita leto
Conspiceret vultu: quo pluris vendat egenti.
Nil timet ille hymbres nec casum grandinis horret
Nec rigidam glaciem\nec solis cauma nec estum
Dummodo salua suis conspexerit omnia cellis.

Plurimus. etc. Scribit vt ex titulo patet in vsurarios: quos quia callidissimi sunt et a pluribus prudentissimi censent: eo quod labore alieno viuunt in resplendidissima quasi paradoxicos voco stultos ex astu et insipientes astutos sicut Iu. turpiter viuentes et caste loquentes vocat. Socraticos cinedos. Sane non est periculosior stultitie quam qua quis nimium astutus seipsum capit vt faciunt vsurarij qui callide quidem nummos piscant: sed animam prodigunt. Sunt aut perniciosissimi: quia omnium rerum preterquam earum quas domi asseruant corruptionem exoptant Innumere autem sunt vsurariorum et eorum qui in fraudem vsure negociant species/ quas ne forte ignaros quod scire periculosum est doceam pretereo. In eos autem est illud euangelicum. Luce. vi. Mutuum dantes nihil inde sperantes. etc. Ordo aut est. Plurimus stultus fit ex nimio studio. i. multimine rei alicuius obtinende: et ex nimio astu. i. versutia et calliditate. Et sup. is qui mutuat. i. mutuo dat dumtaxat. i. solummodo/ pro amplo lucro. i. fenore grandi: est stultissimus inter insipientes astutos. i. qui credunt se astutos/ cum tamen non sint. Nam dum talis videtur sibi sapiens: et onustus. i. honorifice oneratus rebus. i. diuitijs/ ipse infelix delirat. i. facit: praua. i. depravata mente: et ipse miser cum putat se bene accumulat fenora que flebit luctu sero. i. nimis tardo: quia post mortem. Raro enim qui audent male acquirere bene restituunt. Et procedit eo. i. ad id dementie/ vt conspiceret leto vultu omnia frumenta esse perdita. i. corrupta/ preterea que ipse conseruat domi scz sue quo. i. ideo: vt vendat scz sua pluris. i. maioris precio egenti. Ille. i. talis nil timet hymbres: nec horret. i. cum horrore expauescit casum. i. precipitationem grandinis/ nec glaciem rigidam. i. asperam et vehementem: nec cauma id est intensum calorem: nec estum id est feruorem solis dum modo conspexit omnia scilicet sua salua supple in celis suis.

In mortem alterius spem tu tibi ponere noli
Nec (mortem aduersam citius quo portet) asellum
Armabis ferro: deus irrita vota retardat.
Ex studio nimium subito fit nemo beatus
Nam cum letitia venit expectatio iusto
Et perit iniustis spes impia concita votis.

¶ Scribitur in stultos et impios qui per mortem alterius ditiores fieri exoptant sed deus irrita vota retardat (vnde Ecclesia. xxxviii.) Hereditas ad quam festinatur in principio/ nouissimo benedictione carebit. Et ideo ex studio nimium subito fit nemo beatus. i. vere diues. Nam leticia vnde prouer. x. Benedictio domini diuites facit: nec sociabitur ei afflictio. Expectatio iustorum leticia/ spes autem impiorum peribit.

Ut properare cito possessio possit asello
Per mortem inualidi: quam vehit ille senis
Currere ferrato quoniam properantius illum
Calce puto ferro munio & ere pedem.
Nec tantum annosi fatum pretendo potentis
Verumetiam pueri (si modo febris adest)
Et precor o superi pereat quem proximus heres
Impello febri nam tremit ille mala.
Acri bili tumet\ stomachum tussis quatit egrum
Nec latet in fragili corpore certa salus
Quid dubitem? nerio si tertia ducitur vxor.
Desperem infantem ducere posse semel
Talia iactantem spes stultum nutrit inanis
Qui nescit fatum tam properare suum.

Ut properare cito. &c. Scribit in eos q̄ sibi spem collocant in morte alterius: cum tā ipsi sepe priores moriantur: & si superuixerint cum inertes & ignaui sint plus detrimenti q̄ commodi tā capiunt. Ordo aūt est. Ego munio ferro & ere. i. omni qua possum via pedem. i. aselli vt possessio possit properare. i. citius aduenire mihi asello: cito. i. festina per mortem senis inualidi: quam scilicet mortem ille. i. asellus vehit qm̄ ego puto illum currere properantius. i. festinantius calce ferrato. i. ferro munito. Virgi. dixit ferrata / vt dubii generis noscas. Nec ego pretendo tā fatum. i. mortem potentis. i. diuitis / annosi. i. multorū annorū: verumetiam pueri si modo febris adest sup. illi aut adest mihi auxilio & precor dicens o superi / pereat. i. moriatur is / quem ego heres proximꝰ impello. i. vrgeo vt succedam / nam ille tremit febri mala. i. nociua sibi & tumet. i. inflatur bili. i. cholera atra. i. nociua / & tussis quatit concutit stomachum egrum. i. sauciam / nec certa salus latet in toto corpore: quid dubitem sup. mortem eius sperare si tertia vxor ducitur. i. ad sepulchrum / nerio. i. illi diuiti & auaro romano quem persiꝰ carpit / q̄ ea lege vxores duxit vt si superuixerit dotem non restituat / & ita veneno aut aconito sustulit: desperem. i. debeam desperare posse ducere. i. ad sepulchrum / semel infantem sc; cui succedam / vt filio fratris: & parrhisiis etiam proprio. Spes inanis nutrit stultum: iactantem. i. vane loquentem talia: qui nescit fatum. i. mortem suam tam properare. i. festinanter accedere seu aduentare: quia vt dr̄ enei. vi. sepe filium sepelit pater. Verba Verg. loquentis de descendentibus ad inferos sunt. Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat Matres: atq; viri defunctaq; corpora vita Magnanimum heroū: pueri innupteq; puelle. Impositi rogis iuuenes ante ora parentum.

Simias rheda vehitis patenti:
Queritans victum miserum pudendo
Ludicro / quisquis violat sacrorum
Festa dierum.

¶ Carmen hoc scribit in eos q̄ dies dominicos ⁊ festiuos aut ludicra arte aut vetito exercitio violant: intenti longe acrius terreno lucro q̄ celesti bono. Contra mentē decalogi exo.xx. Memēto vt diem sabbati sanctifices. sex diebꝰ operaberis ⁊ facies oīa opera tua. Septimo aūt die sabbatū dn̄i dei tui est. Non facies oē opus in eo: tu ⁊ filius tuꝰ ⁊ filia tua: seruꝰ tuꝰ ⁊ ancilla tua: iumentū tuū ⁊ aduena: qui est intra portas. Sex ei diebus fecit deꝰ celum ⁊ terram ⁊ mare: ⁊ oīa que in eis sunt: ⁊ requieuit in die septimo idcirco benedixit dn̄s diei sabbati ⁊ sanctificauit eum. Dico contra mentem facere q̄ dies dominicos violant q̄ vsqꝫ ad xp̄m quodammodo cessandum erat ⁊ ita sabbatum colendū: post xp̄m autem vnica dominica colenda ⁊ ita dies eiꝰ sanctificandus operibus bonis.

Luce sacra requiescat humus: requiescat arator:
Et graue suspenso vomere cesset opus.
Omnia sint operata deo: non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum.
Dicamus bona verba: venit natalis ad aras
Quisquis ades lingua vir mulierqꝫ faue.
Urantur pia tura focis vrantur odores
Quos tenera terra diuite mittit arabs.
Obscenos procul esse volo discedat ab aris
Cui tulit hesterna gaudia nocte venus.
Casta placent superis pura cum veste venite
Et manibus puris sumite fontis aquam
Ebrius atqꝫ vorax lucro mercator auarus
Atqꝫ petulca venus distet ab ede sacra.
Nec mihi cessator placeat qui dormiat vsqꝫ:
Nam peragenda bono sunt pia facta die.

Luce sacra. Cohortamur etiam e gentilibꝰ poetis ad diei festi sanctificationem cum castitate vite. Nam vt etiam dicit Iuue. sat. vi. Ille petit veniam quotiens non abstinet vxor. Concubitu sacris obseruādisqꝫ diebꝰ. Maro autem geor. i. Cohortetur agricolam ad colendam deā frugum dicens. In primis venerare deos atqꝫ annua vota. Sacra refer cereri. ⁊c. Carminis huius pars vt adnotaui est ex tibulo elegiaci carminis tersissimo scriptore: nec eget multa expositione. Pauca tn̄ percurram: omnia sint operata. i. opera festiuo exhibita deo. i. in honorem dei. Non audeat vlla. i. mulier: pensis. i. lane aut lino penso prius q̄ colo imponat. Natalis. i. dn̄i aut diue virginis: aut diui baptiste aut dies natalitius. i. quo in celesti patria quasi iam nati primum comparauerunt sancti quorū festiuitas indicitur. Faue lingua. i. sic ora: vt diuinum officium non disturbes. Focis. i. incensorijs aut turibulis in quibꝰ ignis fouetur. Odores. i. aromata aut alie species odorifere: tenera. i. mollis Maro. India mittit ebur molles sua tura sabei. Obscenos: de illis enim loquitur idem

Tibul. dicens. Uos quoq; abesse procul iubeo: venus hesterna. i. concubitus precedentis noctis. Pura cum veste. i. munda a pollutione nocturna: quod ad vestem illam nuptialem cuius meminit dns in euangelio torqueri posse. Aquam fontis. i. sacrati aut benedicti: vt a nobis interpretari potest. Nam author intellexit de flumine sacro id est aqua fluente: cui vim purgatiuam credebant inesse. Cetera que nostra sunt patent Larco ligaritor. Petulca petulans.

Cuncta manus auidas fugiunt heredis / amico
Que dederis animo.
At mihi que tristi dederis munuscula vultu
Tu tibi perdideris.
Diligit omnipotens hylarem deus ipse datorem:
Tristificumq; fugit.

¶ Scribitur in eos qui inuiti dant: in quos sunt vulgati illi versiculi. Da facie leta: sine leticia facias. Quod dederis perdis: rem meritumq; rei. Contra quod scriptum est hylarem datorem diligit deus. Et beatius est semper dare quam accipere quia qui dat deuincit: qui accipit deuincitur. Prima duo carmina sunt Horatii. quibus inuitat ad liberalitatem: quandoquidem que dederis inquit amico. i. benefico et lubenti animo: fugiunt manus heredis auari: quia manent tibi. Unde id solum inuenimus in altero seculo quod hic dedermus. Cetera patent.

Stulte quid inuita profers mihi munera dextra
Affectum plus quam munera dantis amo.
Si dare vis domino munuscula grata supremo
Et te non dederis: munera perdideris:
Respexisse ad abel et ad eius munera fertur
Ut dona ob dantem complacuisse scias.
Diues enim dominus nostri non indigus auri
Accipit vt dantem pluribus accumulet.
Da cito: da lete: da recte: daq; facete:
Da tua: da digno: da tribuenda deo.
Da nihil exprobrans: da nil ex munere captans.
Sit merces dominus: si grata cupis.

Stulte quid inuita. etc. Scribit in inuitum datorem qui tristiciam vultu prodit dum munus offert: quod nec deo nec hominibus: vt iam dixi acceptum est. Ordo aut est. O stulte: quid. i. ad quid: profers. i. pro offers mihi munera: dextra inuita. i. significante te inuitum: ego amo plus affectum dantis quam munera dantis. Si vis dare dno supremo. i. celesti munuscula (quia quicquid ei dederis cui te et tua omnia debes: non nisi munuscula sint censenda) et non dederis scilicet ei: te. i. ipsum. i. piam et mundum cor: quia cor contritum et humiliatum deus non despiciet: tu perdideris munera tua: deus fertur Genesis. iiij. Respexisse ad abel et ad munera eius: hoc est prius ad dantem quam ad data: vt scias dona complacuisse ob dantem: sicut deus diligit non gentem ob locum: sed locum ob gentem. Enim pro quia dns diues. i. in seipso: et non indigus nostri auri neq; alterius rei accipit. i.

a nobis: vt accumulet.i.augeat dātē pluribꝰ.s.bonis. Addo decē pprietates de center dantis. Quarū prima tangit cū dico: da cito: qz vt Sen. dicit q̄ cito dat bis dat. Nō debemꝰ ergo expectare donec obnixe nos rogauerit amicꝰ qz nihil carꝰ emitur q̄ qd per lōgas fronte rubente pces. Scda cū addo: da lete: qz hylarē datorē diligit dns. Tercia. da recte.i.tu sis dignꝰ: qz vt dixi respexit ad abel pꝰ q̄ ad munera. Quarta da facete.i.lepide z vrbane: qd comicꝰ ille phedria dicit: munus nēm exornato verbis q̄tum potes. Quinta da tua.i.ppria non aliena: qz scriptū est honora dnm de substantia tua. Sexta da digno.i.non lenoni: nec histrioni: nec meretricule: nec q̄ ex dono deterior fiat. Nā vtilꝰ esurienti panis tollit si de cibo securꝰ iusticiam negligat: q̄ esurienti panis frangat: vt iniusticie seductꝰ acquiescat.v.q.v.non ois.z.lxxxvi.distin.c.pasce. Septima. da tribuenda deo.i.digna deo: non corrupta neqz immūda. Octaua da nihil exprobrans. Qz vt dicit Cic.in lelio. Odiosum est genꝰ hoīm officia exprobrantium: q̄ meminisse debet is q̄ accepit: non exprobrare q̄ dedit. Nona. da nil ex munere captās vt faciūt piscatores. Decima. Sit dno merces.i.finis si dare grata cupis.

Spargo soporiferum pingui tellure papauer
   Quod sibi torpentum plurima turba leget.
Rarus enim vigil tractat peragenda labore
   Sed iacet in toto plurimus orbe piger.
Ante focum stertit traheret dum pensa neera:
   Nec facit officium pythias vlla suum.

Spargo.zc. Scribit in pigros z somnolentos in quorum agrum inimicus homo superseminat zizania: hoc est soporifera papauera: quibus ad omne opꝰ redduntur pigri z ad omnem libidinem procliues: vt in sequenti parte latius dicam. Unde z Ouidius. Queritē egistus quare sit factus adulter. In promptu causa est desidiosus erat. Sunt etenī torpor z somnolentia parentes egestatis. Unde sapiens. Prouer.xxii. Usqzquo piger dormies? quando consurges a somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis: z veniet tibi quasi viator egestas. Neera turpis hera. Pythias negligens ancilla.



Cia letifero nimium perfusa sopore
Fregerunt vrbes: populos romanaqz regna
Prestabat castas humilis fortuna latinas
Quondā\nec vitijs contingi parua sinebāt
Tecta labor\somniqz breues z vellere tusco
Uexate\dureqz manus\ac proximus vrbe
Hannibal\z stantes collina in turre mariti
Post passi longe pacis mala seuior armis
Luxuria incubuit\victumqz vlciscitur orbem
Prima peregrinos obscena pecunia mores
Intulit\z turpi fregerunt secula luxu
Diuitie molles\z pulsis ocia curis
Ocia si tollas periere cupidinis arcus.



Cia letifero. Scribitur in desidiosos torpentes somnolentos pigros tardos accidiosos: ⁊ in mala ocia vnde plurima nascuntur mala. Gignunt enim inopiam per ꝙ multi furant: gignunt libidem per ꝙ multi polluuntur: gignunt torporẽ ⁊ inertiam per quẽ ⁊ quam multi capiunt multiq; perierunt vt troiani dũ greci quos abiisse rati inuadunt vrbem vino somnoq; sepultam. Et etiã romana maiestas de qua ex Ju. sat. vi. prius locuti sumus atq; nunc iterũ loquimur Ordo aũt est. Ocia: non litteraria sed cessationes ab opere honesto / perfusa. i. tincta: sopore. i. profunda dormitione / letifero. i. mortem afferente: fregerunt vrbes: vt babylonem sub sardanapalo: troiam sub priamo: corinthũ ⁊ alias ꝙ plurimas: populos earundem incolas / ⁊ regna romana. Et vt dicit Juue. saty. vi. Fortuna humilis id est modica possessio que est mater industrie ⁊ solertie: quia miseris solertia rebus: prestabat. i. exhibebat quondam / latinas scz mulieres in latio habitantes vt romanas. i. castas / nec labor ⁊ somni breues ⁊ manus vexate. i. fatigate vellere tusco scz carpendo ⁊ trahendo: ⁊ dure scilicet per callos inductos. Ac hannibal dux carthaginensis hostis acerrim⁹ proximus vrbi: ⁊ mariti stantes ad excubias in turre collina: quam hannibal obsederat. i. cure p maritis ⁊ nulle voluptates cum eis non sinebant tecta parua contingi id est contaminari viciis. Romani sup. sunt post id est deinde pasti (Juueñ. autem respiciens ad se ⁊ sua tempora dixit. Nunc patimur) mala. i. incommoda longe id ẽ diuturne pacis ob que Cato vetuit carthaginem delendam: luxuria seuior scilicet in romanos: armis id est ꝙ fuerunt arma hostium: incumbit. i. vrbem inuasit / ⁊ vlciscitur orbem scz terrarum victum / q; vincit eius victores. Pecunia obscena ab affectu intulit prima in vrbem mores peregrinos: ⁊ ita barbaros ⁊ diuitie molles ⁊ ocia curis pulsis fregerunt secula scilicet romana luxu. Si tolles ocia arcus seu artes cupidinis dei armorum periere.

Hactenus stultos monui fideles
At fide salua: fugiant iniquos
Et leuis mores gemuitq; tanto
Pondere cymba
Nunc opus pistri celeri: vel ampla
Quam gyas egit validus chimera
Si velim infidos simul atq; spurcos
Prendere turchas.

¶ Scribitur in stultos infideles: quorum est longe maior sic ꝙ infidelium cet⁹ (Nam ⁊ plures sunt: ⁊ nullus apud eos sane mentis) dico christianos vectos cymba. id est modica nauicula que tamen pondere pressa gemuerit turchas vero pistri celeri aut chimera ampla traducendos: de quib⁹ nauib⁹ patet Eneid. v.

Pro superi quanta est stultorum copia mundo
Jure quidem stultos dixeris innumeros
Nam paganorum turcharumq; improba turba
Non recipit sanum nec sine labe virum
Impia fallacis gens castra secuta magistri:
Deficit verum non sine fraude deum

## De extraneis et infidelibus stultis.   Titulus. xcv.

Pinguia terrarum comedunt. spectantq̧ procacis
Illecebras carnis summa futura bona.
Quocirca stricto frangunt sibi guttura fune
Ut cito speratum detur habere bonum.
Uitant vina palam: ceu vescī carne suilla:
Contra naturam stupra nephanda probant.
Quid multa? a vero quia lumine declinarunt
Equum est in tenebris vsq̧ manere suis.

PRo superi. Scribit in turchas/ sarracenos/ tartaros/ scythas/ bohemos/ morauos/ pragenses: deniq̧ in oēs paganos. i. ignobiles infideles: nō credentes ac hereticos: oēs eñ tales insaniunt: nec simplici quidē furore/ sz prope insanabili: qz q̄ non crediderit iam iudicat⁹ est. Sunt aūt pene infiniti: vnde de illis verificari potest illud qd̄ sepe citauim⁹. Stultoꝝ infinitus est numer⁹. Atq̧ vtinam soli illi essent stulti: aut non tot permanerent stulti: sed pro scelus: stultorū crescit numer⁹: sapientū q̄ minimus est decrescit. Addi possunt his etiā idolatre p̄ntis seculi: de quib⁹ omnib⁹ videtur dictū illud deutero. xxxii. Impinguatus est dilect⁹ et recalcitrauit incrassatus: impinguat⁹ dilatat⁹. Dereliquit deū factorem suū: et recessit a deo salutari suo. Prouocauerūt eū in diis alienis et in abominationib⁹ ad iracundiā concitauerunt. Immolauerunt demoniis et nō deo: diis quos ignorabant. Noui recentesq̧ venerunt quos non coluerunt patres eoꝝ. Deū q̄ te genuit dereliquisti: et oblitus es domini creatoris tui. Uidit dn̄s et ad iracundiā prouocat⁹ est: qz prouocauerūt eū filii et filie. Et ait. Abscondam faciē meā ab eis/ et considerabo nouissima eoꝝ. Generatio eñ peruersa est et infideles filii. Ipsi me prouocauerunt in eo q̄ nō erat de⁹: et irritauerūt in vanitatib⁹ suis. Et ego prouocabo eos in eo q̄ nō est popul⁹: et in gente stulta irritabo illos. Ignis succens⁹ est in furore meo: et ardebit vsq̧ ad inferni nouissima. Et reliqua q̄ sequunt. Ordo ē facilis. Turcharū poti⁹ q̄ turchoꝝ dixeris. Sūt q̄ putent pri⁹ teucros dictos. Pagani sūt quos vulg⁹ villanos vocāt. i. ignobiles et rusticos cū xp̄iani oēs sint vncti plus q̄ regali chrismate. Nec sine labe turpissimi pcti. Fallacia magistri mahumeti defecit: per defectionē derelicti. Futura bona: id ē alcharano p̄dicat heresiarcha: frangūt guttura. i. strāgulant se. Uitant palā: qz in occulto potant. Declinarunt spondaic⁹ est versus qualis in Buc. Cetera patent.

## De reipublice christiane interitu.   Titulus. xcvi.

Num diis equales tangit vesania mentes
Aut quidnam fidei patitur respublica tanta
Detrimenta sacre? ferus hostis ad ostia tendit
Iam tyberina viam: vixq̧ est qui matre resistat
Aut studio aut opibus: verum ne carbasa nauis
Stultifere scandam: digitis compesco labellum/

Scribitur in reipublice christiane proceres et summos potentatus: quorum cum sit secundum Iuue. diis equa potestas: dissidiis tū aut secordia fidelium regna ab infidelibus occupantur: cum etiam bizantium seu constantinopolitanum imperium (vt minus hierosolimitanam iacturam ploremus) hoc seculo pe

ximo amiserimus. Sed hec non sunt mihi visa nostra navis onera: non enim ausim christi vicarium non modo carpere: sed ne monere quidem: quo circa consilio Juvenalis digitis compesco labellum: digitis quidem cum ille digito dicat: quia de neutra potestate hiscere ausim.

Discite mortales sophie precepta superne
  Magna loquar parvis advigilate modis
Gens indocta deum placito venerare timore:
  Mandata observans eius et imperii.
Vos proceres summi subiectos noscite celo
  Doctrina atque armis protegitote bonos.

Que ipse admonere non ausim inducta sapientiam admonentem: alludo autem ad illud prover. viii. Audite quoniam de rebus magnis locutura sum. etc. Placito que non servili sed filiali: ut vero dicitur prover. i. Timor domini principium sapientie. Mandata eius. s. dei et vicarii eius: et imperii. i. brachii secularis ubi divinis non repugnant. O proceres summi. i. papa et imperator ac reges noscite vos subiectos celo. i. deo celesti: et protegitote bonos. s. subitos doctrina: quod pape est: et armis: quod imperatoris est officium.

## De assentatorum admissoribus et de assenta. ipsis.

Rhebus ut ignavo neget a sessore agitari:
Cui male se palpere recalcitrat undique tutus.
Sic vir palpones sapiens fugit atque gnatones.
Nam falso auscultans famulos pravos habet omnes.

¶ Scribit partim in eos qui admittunt assentatores in quos est hec pars: partim in assentatores ipsos in quos erit sequens. Rhebus est nomen equi ipsius mezentii: apud Maro. lib. x. ad quem sic inquit ipse mezentius moribundus Rhebe diu res si qua diu mortalibus ulla est. Viximus: aut hodie victor spolia illa cruenta. Et caput enee referes: laudisque dolorum ultor eris mecum: aut aperiet si nulla via: vis: occumbes pariter: neque enim fortissime credo iussa aliena pati et dominos dignabere teucros. etc. Accipitur ergo pro equo feroci: qui non vult ab ignavis palpari: sicut nec vir prudens a palponibus. i. adulatoribus. Gnatones sunt parasiti. Cui male se palpere. i. blandiaris palpando est autem versus Horatiani. ser. ii. Nam falso. i. fallaci: auscultans id est credens: de quo alibi dixi et dicam.

Erudita divitibus gens ali[illegible]ntatur ineptis
  Et palpat plumis muneribusque ferum
Preditus: at virtute recalcitrat undique tutus
  Nec verbis blandis arrigit auriculas.
Sepe igitur falsus delator crimina fleuit
  In sua conversum tergora ferre gradum.
Quam mardocheo delator struxerat aman
  Pertulit assueto rege iubente crucem:
Virque ferox siculi faber inventorque iuvenci
  Da precor ingenio munera digna meo

Dixerat: et phalaris: pene mirande repertor
Ipse tuum presens imbue (dixit) opus.
Tristia celorum qui fata tulere virorum.
Dauid rex meritam iussit obire necem.



Perdita diuitibꝰ. et c. Scribitur in adulatores assentatores et delatores quibꝰ plurimi corrumpunt principes et diuites tamen: quam si saperent tales non admitterent. Unde dicit gnato parasitꝰ et assentator maximus apud Terent. in Eunu. Sunt qui se primos omnium rerum esse volunt nec sunt. Hos consector si nihil quicquam dicunt laudo: id rursus si negant laudo. Postremo imperaui egomet mihi omnia assentari. Is questus nunc est multo vberrimus. et c. quod quidem verum est vbi stultus est quem laudat: verum preditꝰ virtute recalcitrat vt equꝰ ferꝰ de quo prius dixi. Unde stulti inuenti sunt adulatores et delatores vt Aman de quo hester. viii. ix. et x. satis nota est hystoria/ et perillus qui phalaridi agrigentinorum tyranno volens complacere eneum taurum conflauit vt inclusus reus subiecto igni torqueretur: et vox hominis grauiter exclamantis mugitum bouis imitaretur: ne forte humana voce flectatur tyrannus. Ceterum phalaris artificem primum supplicio illo affecit vnde Oui. vt minus munere penses: da precor ingenio. et c. vt in textu nostro. De his vero qui dauid tristem attulerunt nuncium reddentes ei complacere ob mortem filii solis habetur. ii. Reg. iiii. Quomodo a rege iussi sunt trucidari his verbis. Uiuit dominus qui eruit animam meam de omni angustia/ quoniam eum qui annunciauerat mihi et dixerat mortuus est saul. qui putabat se prospera renunciare: tenui et occidi eum in siceleth: cui oportebat me mercedem dare pronuncio. Quanto magis nunc cum homines impii interfecerunt virum suum in domo sua super lectum suum? Non queram sanguinem eius de manu vestra/ et auferam vos de terra? Precepit itaque dauid pueris suis et interfecerunt eos precidentes manus et pedes eorum: suspenderunt eos super piscinam in hebron. Palpat. i. blandem tractat vt prouerbio. ferum scilicet equum. Falsus aut fallax aut deceptus spe sua: imbue. i. intinge sanguine tuo. Tristia fata: tam saulis quam isboseth filii eius. Cetera patent.

Qui cito credit leuibus susurris
Non vacat culpa. quoniam enim malorum
Tanta vis regnat: licet haud probata
Credere nulla.

Scribit in eos qui cito credunt quecunque audiunt a delatoribꝰ et adulatoribꝰ In quos dicitur. xi. q. iii. non solum. et. xxx. q. v. nullum. xvi. q. ii c. i. et. lxxxvi. di. si quod inter cetera sic. Non solum ille reus est qui falsum de alio profert: sed etiam is qui aurem cito criminibus prebet. Nullum ante veram iustamque probationem iudicare aut damnare debemꝰ. Mala itaque audita nullum moueant: aut passim dicta absque certa probatione/ quisque vnquam credat: sed ante audita diligenter inquirat. Et sistia. Ordo est. Qui credit cito susurris. i. insufflationibus leuibus. i. a facilibus authoribꝰ non vacat. i. non vacuus est culpa. quoniam enim tanta vis. i. copia malorum regnat licet nulla credere haud id est non probata scilicet legitime.

Uir sapiens patulas stulto non arriget aures\
Percunctatorem fugiet nam garrulus idem est

Precipue vxori non credet multa querenti
De seruo aut nato\qua re perijsset ioseph
Castus: vt hippolytus. nisi maximus etheris author
Prosperisset ei\melius q̄ rector aquarum
Theside misero: ceciditq̄ miserrimus adam
Credulus vxori: sic lapsus achab: perijtq̄
Perfidus herodes: At contra credula nesso
Deianyra ruit\sed quid per singula curram
Omnes consilio iusti capiuntur iniquo.
Quod nisi crediderint iustum nunq̄ sequerentur.

Vir sapiens. etc. Scribitur in stultos nimiū credulos qui adulatoribus ac delatoribus seu delatricibus auriculas prebent vt eua serpenti dicenti nequaq̄ moriemini sed eritis sicut dii: et adam eue. Et phutifar vxori ioseph iustum et castum de stupri interpellatione accusanti: vt fabule de hyppolito dicūt/quem theseus rex athenarum credulus phedre vxori ob suspectam stuprandi voluntatem equis a phocis consternatis dilacerandum procurauit. At achab rex qui consilio vxoris iezabel permisit occidi naboth vt haberet eius vineam et secutus est ydola que fecerant amorrei. iii. Regum. xxii. Peccauit etiam herodes consilio eius q̄ pro vxore habuit. Nam diuum baptistam decollandum tradidit. Econtrario deianyra vxor herculis confidens nesso centauro marito exitium venenata camisia tulit. Denique raro iustus peccauit nisi per malum consilium: nam nisi bonum putaret non ipsum sequeretur. Ordo autem est. Vir sapiens non arriget stulto aures patulas id est semper patentes: fugiet percunctatorem id est sciscitatorem occultorū. Nam idem est garrulus id est facilis nequiens secreta celare: precipue non credet vxori: querenti multa id est multum de seruo aut nato scilicet mariti: hoc est priuigno suo vt phedra de hyppolito quare id est obquam rem id est nimiam credulitatem mariti in vxorem: id est ioseph castus nolens cognoscere vxorem phutifaris perijsset: vt sup. perijt hippolytus filius thesei: accusatus a phedra nouerca: nisi maximus author etheris id est verus deus celi et terre rex et creator: prosperisset melius ei scz ioseph/q̄ rector aquarum videlicet neptunus aut egeus supple prosperisset theside. i. filio thesei: vel scz hyppolito misero. i. miserādo. Adam miserrimus vel propter iacturā: vel propter deceptionē: cecidit credulus vxori. s. eue sic lapsus sup. est achab de quo iā dixi: et sic perijt herodes q̄ diuū baptistā decollari vt placeret vxori et filie eius iussit. At. i. sz contra. i. ecōtrario deianyra vxor herculis: ruit. s. ad necē mariti credula. i. qz crediderat nesso. s. centauro: q̄ occisus telis herculis hydrino sanguine infectis vt vltionē necis sue haberet persuasit mulieri vt herculē sola possideat camisiā suo sanguine imbuere: q̄ vbi induit hercules ardore interijt. cetera patēt.

Turbida commotis fore ventis equora noui
  Me tamen in pelagus traxit auaricia.
Nunc penas pendens diis surdis vota precesq̄
  Effundo/et subitam posco misellus opem.
Posco: sed irridet neptunus vel ba precantis
  Justum est discrimen qui petit inueniat.

¶ Scribit in temerarios periculorum contemptores in quibus etiã prius locuti sumus: recitauimusque illud Eccli. iii. Qui amat periculũ in illo peribit: hic aũt locus specialiter concernit nauigantes de quorũ temeritate erit sequens exhortatio locus. Nũc penas pendens. i. persoluens. Irridet neptunus: qz vt est in mimis publii. Frustra neptunũ inuocat qui iterũ patitur naufragiũ. Discrimen. i. periculũ: interdũ significat differentiã a discernendo: q̃ petit. i. qui aggreditur. Cetera patent.



Illi robur et es triplex
Circum pectus erat: qui fragilem truci
Commisit pelago ratem
Primus: nec timuit precipitem aphricũ:
Decertantem aquilonibus;
Ne quicq̃ deus abscidit
Prudens oceano dissociabili
Terras: si tamen impie
Non tangenda rates transiliunt vada.
Audax omnia perpeti
Gens humana ruit per vetitum nephas
Nil mortalibus arduum est.
Celum ipsum petimus stulticia: neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda iouem ponere fulmina.

Illi robur. &c. Carmen est horatianũ. i. carmi. quo carpitur temeritas hoĩm aliena elementa tentantiũ et precipue maria. Ordo aũt est. Robur. i. robustitas et es. i. armatura triplex: aut amor vehemens eris: erat circum pectus. i. in precordiis illius qui primus misit pelago. i. mari truci. i. truculento et immiti: ratem . i. connexionem trabiũ/aut nauem fragilem: qz vix trium digitorum densitatem habentem. Unde Sapien. xiiii. Iterũ alius nauigare cogitans et per feros fluctus iter facere incipiens ligno portante se fragilius lignũ inuocat. Illud enim cupiditas acquirendi excogitauit. Et paulo post. Exiguo ligno credũt hoies aĩas suas. &c. Nec timuit aphricũ. i. ventũ procellosũ: decertantem. i. colluctãtem / aquilonibus . i. ventis contrariis. Deus prudens. i. prouidens temeritatem humanam abscidit . i. separauit / qz et aridam fundauerũt manus eius: ne quicq̃. i. frustra oceano. i. magno mari orbem terrarum cingente: dissociabili. i. quod dissociabile fecit cũ propter terre adhereat: immo terrã cooperiat: terras. i. regiones habitabiles si tñ. i. nihilominus / rates impie / ordinem diuinã cõtemnentes: transiliunt vada. i. maritima nõ tangenda. i. q̃ tangi nõ deberent. Gens humana audax perpeti oĩa ruit per nephas vetitũ. i. a deo. Nil est arduũ. i. nimis altum aut difficile mortalibus: qz nos petimus stulticia. i. per temeritatẽ ipsũ celũ sicut dedalus q̃ volauit: aut edificatores turris babylonie aut prometheus q̃ ferula ignẽ de curru iouis surripuit: aut q̃ per stulticiã sperãt se ingressuros celũ: neque patimur per nostrũ scelus iouem. i. iouem patrẽ q̃ deus est ponere. i. deponere fulmina iracunda. i. iracũdie testimonia.

Cum mihi divinæ sit declamatio verbi
 Inivncta officio: plurima dissimulo.
Hic etenim colaphis vel stricto terreret ense
 Ille neget mensis pinguibus accipere
Sic taceo verum quod non est rite tacendum:
 Navem stultiferam meqꝫ meisqꝫ replens.

¶ Scribitur in eos qui cum ex officio teneantur veritatem predicare dissimulant aut timore aut adulatione aut avaricia inducti. Verum quidem est: q̄d alibi diximus ꝙ q̄nqꝫ nocet omnia vera loqui. Neqꝫ debent declamatores ut in sequenti dicam occulta vitia revelare ex prelatis presertim iis q̄ ea commiserunt: neqꝫ summas maiestates sic taxare tūvnice sint: ut eorum vitia omnibꝰ innotescant: verū possunt vitia detestari etiam si dnī loci illis polluti sint: neqꝫ vnq̄ veritatē tacere si conduxerit ad salutem audientium eam expressisse. Carmina patent.

Vir bonus et sapiens audebit dicere pentheu
Rector thebarum quid me perferre patiqꝫ
Indignum coges: adimam bona. Nempe pecus: rem:
Lectos argentum: Tollas licet. Et manicis et
Compedibus sevo te sub custode tenebor
Ipse deus simul atqꝫ volam me solvet. Opinor
Hoc sentit: moriar. mors ultima linea rerum est.
¶ Quidam notus homo cum propter libera verba
Submergendum vndis censeret rex metuendus
Dic ait hoc regi per aquas maturius altos:
Advehar in celos: per equos ac ipse volantes:
Summum etenim scelus est vitam preponere vero.

Vir bonus et sapiens. ꝛc. Carmen hoc scribitur ab Horat. saltem pro plurima parte libro primo epistolarum epistola. xvij. in fine: quo ostendit virum bonum et sapientem etiam fortitudine et magnanimitate preditum esse ut etiam tyrannos non metuat. Quid enim metuat qui mori non reformidat. Nō debent itaqꝫ predicatores verbi dei ob timorem veritatem tacere dummodo expediat eam manifestari. Nam qui per timorem occultat veritatem provocat in se iram dei. Melius est enim pro veritate supplicium pati q̄ beneficium habere pro falsitate: de quo plura habentur. xi. q. iij. quis metu. xl. di. si papa. xliij. di. si rector. Unde et Actuum. v. Obedire oportet deo magis q̄ hominibus. Ordo autem est. Vir bonus et sapiens audebit dicere: quia nullum timet. O penthen rector thebarum qui rex erat multum rigidus et abstemius id est abstinens a vino: quid coges me perferre et pati indignum. id est quod sit viro bono indignum. q. d. nihil: qꝛ nihil est eo indignum preter peccatum ad quod nemo cogitur. Nam malum pene nullis affert indignitatem. Respondet pentheus. Ego adimam. i. auferam tibi bona. i. fortunas tuas: sed qꝛ que bona sunt animi querit vir bonus. Nempe. i. tu ōne ipse dicis ꝙ adimes pecus et rem. i. supellectilem: et lectos et argentum: ꝛc. i. per

mittit tibi per me: tollas.i.auferas. Addit tyrann9: et tenebo te manicis.i.vinculis manuum et compedibus.i.vinculis pedum: sub custode seuo.i.immiti. Respondet vir sapiens. Ipse deus soluet me.i.vinculis simul atque.i.statim qñ volã quod ideo potest vere dictum intelligi/qz non volet prius solui q̃ deo placuerit sed Horatius aliter sentit: quasi minetur sibi mortem aut vi aut inedia: q̃ nemini permittit religio nostra. Opinor inquit q vir bonus sentit hoc: vez ego moriar: mors autem est vltima linea rerum.i.finis omnium etiã malorum. Quidam notus homo: vt quidam dicunt frater oliuerius maillardus insignis predicator verbi dei: qui id Ludouico.xi.respondit. Ac.id est q̃. Cetera patent.


Scylla antichristi ventis agitata superbis
Naufragium vt fecit perdidit innumeros
Is tamen inuerso residens super ardua fundo
Concitat in petri bella superba scapham.
Auxilioque ruunt monstro plures perituro
Hic dona expectans: ille flagella timens.
Hi sunt qui christi mentiti religionem
In segetem verã semina falsa serunt
Quique aliter sacras leges et scripta probata
Q̃ sacer edocuit spiritus: accipiunt.
Heresibus varijs qui scindunt dogmata sana:
Seque aiunt solos omnia perspicere.
Unus erat vero precursor precoque christo
Pseudo sunt multi: ceu mala plura bonis.

Scylla antichristi. Scribitur in hereticos: scismaticos falsosque sacre scripture interpretes/q̃ omnes diui petri nauiculam concutere moliuntur et antichristi: quorum precursores ac precones videntur ingentem nauem defendere. Eam autem scyllam voco alludens ad nauem cloanthi. Virg. Sergetusque (domus tenet a quo sergia nomen) Centauro inuehitur magna scyllaque cloanthi Cerulea. Illud autem nomen ille impositum videtur a scylla monstro et periculo marino in quod scylla phorci pubetenus dracena conuersa fingitur: qd̃ nomen naui antichristi conuenit vel qz in ea omnes nauigantes peribunt: extra enim catholicam ecclesiam non est salus: vel q monstri simile est a vera deiicere fide et ad falsam induci. Respicio autem ad picturam superiorem (in qua dracho complectitur caput ei9 cauda sua e follibus insluat in aurem eius venenum perfidie) habetque in dextra sacculum quo attrahit auaros: et in sinistra flagellum quo terricat pusillanimes: sedet super fundum nauis euerse: cum ipse nondum nisi in precursoribus suis apparuerit. Ordo est. Scylla.i.nauis monstruosa antichristi agitata ventis superbis: qz vt in christo summa splenduit modestia: ita in illo summa ardebit ambitio: vt.i.postq̃ fecit.i.passa est naufragium perdidit submergendo innumeros scilicet stultos in ea salutem querentes. Tum.i.huius nauis fracta et inuersa sit/is.i.

antichristus residens super ardua.i.fastigia fundo.i. nauis inuerso id est sursum verso qui infimus erat: concitat in scapham.i.nauiculam petri bella superba/ plures id est complures ruunt id est precipites currunt auxilio monstro.i. anti christo perituro scilicet tandem hic subruit expectans dona: ille ruit timens fla gella. Hi scz ita ad ipsum currentes sunt falsi christiani qui mentiti religionem christi serunt semina falsa.i.heresim in segetem veram.i.christiane ecclesie: om nes qui accipiunt.i.intelligunt et interpretantur aliter leges sacras et scripto p bata scilicet ab ecclesia catholica quam spiritus sacer edocuit/ et qui scindunt.i.di strahunt variis heresibus.i.electionibus et sectis peruersis dogmata sana: et aiunt se solos perspicere.i.perfecte cognoscere omnia/ vnus precursor et preco.i. Joh. Bapti. erat vero christo: et multi scz precursores sunt pseudo.i.falso christo ceu id est velut mala sunt plura bonis id est quam bona.

Fraus nimis nota est tua chalchimista
Nilqz sufflando poteris lucrari.
Calce corrumpam laticem lyei
Et pice ceram.
Quos arabs mollis legit hinc odores
Arte miscebo/croceumqz florem
Carne defecti vitians caballi
Plura lucrabor.

¶ Scribitur vt ex titulo patet in rerum quarumlibet falsarios: quales sunt quos pro chalchimistis alchimistas vocant corrupto vocabulo vt in sequenti dicam: hic autem nihil reor obscuri. Calce corrumpam. Responsio est falsarii vsqz in finem odores id est species aromaticas odoriferas/ defecti senio confecti caballi id est equi.



Dicite degeneres hominum generatio praua:
Cur tantum properatis opes cumulare caducas
Artibus vt falsis sincera dei vitietis
Munera num rerum species mutare potestis?
Quid sibi fornaces\ quid vult sibi fistula longa.
Quid fucatorum distentus saccus odorum.
Ipse deus veras sine fuco donat abunde
Tot rerum species\ nec miscet musta vetustis.
Vos falsis veros rebus viciatis odores
Vos res fucatas atqz incrustamine tectas
Venditis: vt veras et firmo robore fultas.
Tollite tot phucos non vult tectoria verum.

Dicite. et c. Scribitur in rerum depranatores et falsarios inter quos cum omnes iniqui sint: stultissimi merito habentur quos vulgus alchimistas vocat: philelphus autem epystola.lib.xxxiiii. et epi.xix. aptius calchimistas appellat di cens. Sunt veteratores quidam et dolosi perditiqz homines qui aliis atqz aliis et inuentis et fraudibus pecunias ab hominibus imperitis extorquere moliuntur

Ex quorũ numero sunt ii q chalchimiste vulgo appellantur: quorũ facultas qualis sit nomen ipsum declarat. Chalchimia dicta est a chalchos quo noĩe es significatur ⁊ mieno. i. corrumpo ⁊ vitio: quinetiam miasma pollutionem scelusq̃ significat. Qui aũt putant ex ere viciato ⁊ corrupto aut argentum fieri posse aut aurũ ii mihi ⁊ stulti videntur ⁊ fatui: cũ ignorent omnino: q̃ vis que natura sit vel speciei vel generis. Et eiusmodi nebulones noĩa quedam herbarũ et aliarum huiusmodi rerum excogitant solis sibi nota: q̃ nihil pre se ferunt preter deliramenta ⁊ fraudes. ⁊c. hec ille. Contra chalchimistas quos alchimistas vocant vide tex. in. c. episcopi circa finem. xxvi. q. v. Unde ⁊ illud Aristotelicum Ualeant calchimiste: quoniam species rerum transmutare non possunt. Quisquis ergo credit posse fieri aliquam creaturam aut in melius aut in deterius mutari aut transformari in aliam speciem vel in aliam similitudinem/ nisi ab ipso creatore qui omnia fecit: ⁊ per quem omnia facta sunt: proculdubio infidelis est: ⁊ pagano deterior. Nec tamen soli perniciosi sunt qui species metallorũ transmutare conantur: sed etiam multo perniciosiores qui poculenta ⁊ esculenta aut medicamenta vitiantes/ mortales sine numero occidunt. Quos tango in carmine superiori. cuius si qua habet difficilia hec sit explanatio. Degeneres .i. a generositate humana que ad ymaginem dei formata est degenerantes. Nũ id est nunquid. q. d. minime. Fornaces in quibus sufflant. Odorum aromatum sine phuco id est adulterino colore. Musta id est noua vetustis id est effetis vt faciunt aromatarii sine apothecarii. Incrustamine id est exteriori integumento. Uerum id est veritas aut res vera; non vult tentoria id est incrustationes ⁊ velamenta.

Perfidis stultis simul ⁊ malignis
Non sat est recti nihil auspicari
Sed bonos pulchro retrahunt ab orsu
Uoce nephanda.
Cur colas aiunt superos superbos?
Cur domos sensu repares carentes?
Cur cibum frangas stolidis egenis
Indigus ipse?

¶ Scribitur in peruersos stultos a bono opere retrahentes: cum ipsi nihil boni agunt at ne auspicentur id est ne incipiant quidem. Orsu id est incepto. Maro: tenuem formauimus orsum. Superos superbos: nihil mortalia curantes: domos scilicet deorum edes quas per contemptum domos vocant. Stolidis vipte minus industriis. Indigus supple es futurus.


Quid tibi vis demẽs cur templa caduca freq̃ntas?
Cur tua ieiunia marcescunt viscera fauce?
Quid ve tibi gratas res impartiris egenis
Turpibus: ignauis ⁊ nullo munere dignis?
Quid superos fatua pulsas prece: si quid agendum
Constituere: tuo sine munere perficietur.
Indulge genio: tantisper dulcia carpe
Dum viuis; cinis ⁊ manes et fabula fies

Uiue memor leti: fugit hora: hoc quod loquor inde est
Ieiunent quibus est solido de marmore vertex
Sanctorum statue: sic nequam consulit: at tu
Uir bone spiritui ne credas protinus omni.

QUid tibi vis demens. Argumentum patet ex titulo, carmina autem partim sumpta sunt ex. v. saty. Pers. partim a nobis excogitata. Dicto autem est ut dicat retractor a bono opere ad hominem libenter templa dei visentem: aut ieiunantem: aut elemosynas facientem: aut superos precantem. O demens quid vis tibi: cur frequentas. i. frequenter visitas: templa caduca. i. peritura et ut stulti dicunt fragilia: et ita cum periculo vite tue forsan casura. Cur viscera tua macerescunt aut marcescunt, fauce ieiuna. i. sicca et arida unde dicunt faceti epulones dum esuriunt persuasum esse ventri, gulam esse laqueo fractam aut stragulatam ve pro vel, quid. i. ad quid: impartiris. i. impendis: egenis turpibus: quia turpis videtur egestas, ignauis. i. nihil operantibus, et dignis nullo munere, quod de quibusdam verissimum est: sed non ea intentione dicit id malignus, cur inquit impartiris talibus, res gratas id est adhuc vtiles tibi. Quid id est ad quid pulsas .i. obtundis superos, prece fatua. i. inaniter incepta. q. d. dii non mouentur precibus quia si constituere quid agendum. i. quod agetur illud perficietur ab eis sine munere .i. auxilio tuo. Igitur indulge. i. indulgenter incube, genio. i. appetitui naturali: carpe. i. auide absume: dulcia. i. res dulces et voluptarias: tantisper tandiu dum id est donec viuis: tu fies. i. mox, cinis quantum ad corpus et manes. Item ad animam, et fabula quantum ad vitam, viue igitur nihil perdens de tempore existens memor leti. i. mortis, quia non poteris bonis tuis diu frui. Nam hora fugit .i. pernix abit: hoc quod loquor. i. tempus hoc quo te admoneo, est inde. i. de hora vite tue. Ieiunent statue. i. simulacra sanctorum quibus est vertex. i. caput de marmore solido. i. integro, hoc ut dicunt, que habent durum caput. Modo nequam id est homo peruersus nihil quiens boni, consulit sic scilicet ut dictum est At tu vir bone ne credas protinus id est omnino aut continuo omni spiritui quod ex sacra lectione sumptum est.

Ne mares solos fatuos putares:
Uirgines censet fatuas redemptor
Lampades secum vacuas tulisse
Nec sibi notas.
Non tamen sexus minus hic virilis
Carpitur, stulte siquidem puelle
Quinque sunt sensus, oleumque mentis
Lumen opusque.

¶ De hoc latissime in naui stultarum diximus: taxantur qui bona opera negligunt per virgines illas quinque fatuas ex euangelio insignes notati, per quas quidam sensus quinque intelligunt, et per oleum lumen mentis. scilicet scientiam et opus scilicet bonum. Augustinus autem argutius disputat.


ueritis ah fatue tantum sine lumine sponsum?
Ianua claudetur nec vos agnouerit ille.
Sumite lampadibus; dum tempus habetis; oliue

Pacisere fructus oleum: ne forte vocatis
Nocte intempesta sine lumine sit migrandum.
Ah misere fatue que vos dementia cepit
Si vos inueniat vel tunc sine lumine sponsus.
(Quando impertiri nemo volet) illius aula
Excluse in tenebras mox detrudemini opacas
Nunq̄ visure sponsi faciem pecamenam.
Sed nigra tetrorum consortia demoniorum
Neglectiq̄ olei penam exiget ignis et vmbra
Morsus et horribilis vermis qui non morietur.

Q Ueritis. &c. Argumentum sumptum est ex illo euangelico Matthei.xxv. Simile erit regnum celorum decem virginibus q̄ accipientes lampades suas exierant obuiam sponso et sponse. Quinq̄ aūt ex eis erant fatue et quinq̄ prudentes. Sed quinq̄ fatue acceptis lampadibus: non sumpserunt oleum secum. Media aūt nocte clamor factus: est ecce sponsus venit: exite obuiam ei. &c. q̄ parate erant intrauerant cum eo ad nuptias et clausa est ianua: et cum relique venirēt dicentes dn̄e: dn̄e aperi nobis. Ille respōdens ait. Amen dico vobis: nescio vos. Unde additur. Uigilate itaq̄ q̄z nescitis diem neq̄ horam. Ordo est. Ah que exprobandi interiectio est: vt illic ah corydon que te dementia cepit et Ah virgo infelix. &c. Et quem fugis ah demens. &c. fatue. s. virgines / q̄z in viridiore etate oleū sapientie et bonorum operum acquirendū est: queritis tm̄ sponsum. s. eterni patris filium: sine lumine. s. gratie et charitatis que ignis est. q. d. id frustra facitis q̄z vanum est vobis ante lucem surgere. Janua claudet̄ nec ille. s. sponsus agnouerit vos. i. non intromittet vos vt notos admittimus et amicos. Sumite dum. i. donec habetis tempus (q̄z nescitis diem neq̄ horam) lampadibus. i. per lampades vestras oleum appositorie fructus oliue paciscere. i. pre se ferentis pacem vt patet per columbam Noe qd̄ et poete attestantur. Est autem inuentum minerue vnde et sapientiam notat ne forte sit migrandum sine lumine vobis vocatis nocte intempesta / q̄z media nocte. Est autem spondaicus versus non impertinens: quod alii iudicent. Ah misere id est miserande fatue que dementia cepit vos si sponsus inueniat vos: vel id est tunc: id est in nouissima hora: sine lumine gratie vt dixi: et bonorum operum: quando id est quoniam nemo volet impartiri scilicet oleum suum vos excluse ab aula illius detrudemini mox in tenebras opacas / quia vt dicunt palpabiles. Ignis et vmbra quia ignis sine luce. Cetera patent.

Quando votorum non est mensura malorum
Cogor ea ad partes sepe vocare meas.
Hic insanus opes summum putat esse bonorum
Ille voluptates carnis et illecebras.
Hic magnum imperium vel honores ordine gestos:
Ille venustatem / robur et eloquium.
Sic via stultorum feruet pede trita frequenti:
Et friget veri semita recta boni.

¶ Scribitur in stulta hominum vota de quibus supra quoqꝫ locuti sumus: et in perversam ac improbam stultorum viam: quippe que ridentes ducit ad perditionem: vt sunt omnes qui in alio summum constituunt bonum q̄ in ipso deo sine quo nullum est verum bonum: nec humanum explere posset animum.
¶ Ad partes scilicet satyre. Cetera evidentia sunt.


Est via felicis que ducit ad atria vite
Ardua & angusta & primo conamine dura.
Non ostentat opes largas: non sanguine parta:
Imperia insontum: non falces atqꝫ secures.
Non formam fragilem fugitivaqꝫ robora carnis.
Non os facundum. non fauces suave canentes.
Non veneris curas nec (vt aiunt) dulcia furta
Non longam etatem, non coniugis ora salacis
Non sobolem multam: non deniqꝫ quicquid iniquis
Et stolidis eque ac iustis contingere posset.
Sed requiem letam fessis in vertice summo:
Eternumqꝫ bonum (quod mens humana nequiret
Oblita mortali cognoscere corpore) prebet.

Est via. &c. De via virtutis & voluptatis prius tractavimus & postmodum tractabimus / q₃ tñ huius rei excogitator iterum de via felicitatis hic meminit: & eam non potest ingredi vitiorū laqueis irretit⁹ paucis de ea loquor ostē dens in quibus non est felicitas reponenda. Sed ne multis quemuis teneam ambagibus. Ordo est. Via que ducit ad atria vite felicis. i. beate / est ardua sublimis & difficilis: & angusta. i. arcta. Q₃ spaciosa est via q̄ ducit ad perditionem: angusta vero & arcta q̄ ducit ad vitā & pauci inveniunt eam & dura primo conaminis vnde Maro. Difficilesqꝫ aditus primum spectantibus offert. Non ostentat opes largas. i. abundantes: non ostentat imperia parta. i. laboriose acquisita sanguine insontū. i. subditorū: non ostentat falces atqꝫ secures. i. insignia eorū qui in corp⁹ & sanguinem aīadvertere possunt. Non ostentat: formam. i. venustatem fragilem. i. cito corrumpendā: & robora carnis. i. corporis fugitiva. i. parū duratura. Nō ostentat curas veneris. i. amores: & furta dulcia scilicet illis irretit. Non ostentat etatem longam. Non ora id ē faciem coniugis salacis id est lascive. Nō ostentat sobolē. i. prolē multā: deniqꝫ nō ostentat q̄cq̄d posset contingere. i. etiā cū difficultate dari & accidere / iniquis. i. malis: & stolidis. i. os̄no stultis ad pecuniā sensū prime accedēt: b⁹ eque. i. equalit̄: ac. i. vt iustis. Qualia sūt oīa preter aī & celestia bona. S₃ prebet fessis / nō tñ defessis: q₃ fidelis de⁹ q̄ nō s. nit vos tentari supra id qđ potestis. &c. requiem letam / q₃ nō modo finem laborū s₃ assecutionem totius boni prebet dico in vertice summo / q₃ nisi quis legitime ad finem vsqꝫ certaverit nō coronabit̄ bonū eternū. i. deū & gaudia ab eo provenientia: qđ. i. bonum mens humana: oblita. i. involuta corpore mortali: nequiret cognoscere / q₃ in cor hoīs non ascendit q̄ preparavit deus diligentibus se.

Alligans feli crothalum sonorum
Illa ne mures capiat procurat.
Hos duos inter iaciens molossos
Arcet vtrumq3.
Obloquens factis merito probandis
Qui prius saltem fuerant feraces
Efficit surdos: nihil inde fructus
Ipse habiturus.

¶ Scribitur in eos qui obloquendo bonũ impediant opus: similes illorũ q̃ feli seu cato vel murilego: ne mures aut sorices capiat nolã appingũt aut q̃ molossis.i.canibus bonis ne fures arceant os obstriũt a quibus eludũ inter se impedi(t)ũt furibus accessus patet/ cum qui illa faciunt nihil inde lucrẽtur. Crothalũ est genus instrumenti sonori vt est nola. feles est catus. surdos. steriles.


Inuidus alterius rebus marcescit opimis
Et crebro illius bñfacto obmurmurat amẽs
Sic fusum nardum iudas dãnauit auarus:
Iacturam cẽsens opus immortalis honoris
Et nos virtutes ipsas inuertimus: atq3
Syncerum cupimus vas incrustare: probus quis
Nobiscum viuit: multum demissus homo: illi
Tardo cognomen pingui damus: hic fugit omnes
Insidias\nulliq3 malo latus obdit apertum
Cum genus hoc inter vite versetur: vbi acris
Inuidia: atq3 vigent vbi crimina: pro bene sano
Ac non incauto fictum astutumq3 vocamus.


Inuidus &c. Scribitur quidẽ in eos q̃ obmurmurant bene operantibus & detrahunt eis atq3 ita quatenus possunt bona opera impediũt verum quia id sine inuidia non fit/ auspicor ab inuido quod carmen in epistolis horatii est/ sicut ille. Et nos vsq3 in finem in sermonibus eius. In superbos autem & inuidos qui ad bonum opus irascuntur dictum videtur & illud. Tange montes & fumigabunt. Ordo est. Inuidus marcescit. id est fit macer/ rebus opimis.i. pinguibus alterius/ & homo amens obmurmurat crebro benefacto illius. Sic iudas.i. scariothes auarus: quia ex auaricia dixit cum magdalene effunderet vnguentum preciosum in caput domini. Ad quid perditio hec? Poterat enim venundari multo & dari pauperibus/ damnauit id est culpauit & reprehendit nardum fusum scilicet in caput dominicum/ censẽs.i. iudicans/ opus immortalis honoris.i. vnde magdalene & eternus honor debebatur/ esse sup. iacturam: id est perditionem. Et nos inuertimus.i. peruerse etiam iudicamus virtutes ipsas/ quia dicimus eas esse vicia. Atq3 cupimus incrustare.i. tectorio palliare vas syncerum.i. purum & solidũ hoc est operi bono addimus signum praui/ si sup. quis probus vir viuit nobiscum est sup. homo multum demissus.i. abiectus/ & damus illi pingui.i. qui pin

gule est tardo cognomen. i. vocamus tardum q pinguis est dantes animo vitio quod corporis est. & si hic fugit omnes insidias & nulli. i. non vili: non obdit. i. nō opponit vili malo natus apertum. i. neminem pulsat/immo quemlibet nociuū deuitat cum versetur inter hoc genus. s. hominum: vbi. i. in quibus acris inuidia sup. est: & vbi crimina vigent/nos vocamus eum fictum. i. simulatorem et astutum pro bene. i. multam sano ac non incauto. i. vbi deberemus eum vocare sanum et prouidum. Sicut trisonee. daci & vicini nolentem secum inebriari p proditore & suorum secretorum rimatore expellunt symbolo.

Potorum nimios nuper damnauimus haustus
 Et manduconum risimus ingluuiem.
Nunc iubet obscenos ipsorum carpere mores.
 Infames risus: verbaq turpisona
Hic spuitat mingit/vomit ingerit egerit vna:
 Ille canit nugas/ille pudenda refert.

¶ Potorum &c. Scribitur in obscenitatem comessantium & compotantium q neq inverbis neq in factis mensurā aut pudorē seruāt vt in sequēti latiꝰ dicā Diximus aūt prius in eos q immoderate sumūt cibos aut potus: nūc in turpia facinora & scurrilia verba q sequantur inuehimur/sobrie quidā p quorundam obscenitate/quos non pudet ea palam facere & dicere que alium pudet et recessere. Nam porci interdum moderatiores sumunt cibum ac pecuini illi hoies de quibꝰ scriptum est. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum: et retributionem & in scandalum. et cetera.

Eheu q fedo celebrat conuiuia luxu
Dedita turba gule: quid enī venus ebria curat
Inguinis & capitis que sint discrimina nescit:
Grandia que medijs iam noctibus ostrea mordet
Cum perfusa mero spumant vnguenta falerno.
Cum bibitur concha: cum iam vertigine tectum
Ambulat: et geminis exurgit mensa lucernis.
Hic nullus verbis pudor: aut reuerentia mense.
Hic eructat onus stomachi: vel pocula frangit
Vel spuit in mensas. vitrio bibit ille priapo.
Ille volens lepidus nimiumq facetus haberi
Fabellas recitat graue olenti fornice dignas
Nullus agit grates superis: quos quisq lacessit.

Eheu. &c. Scribit in obscenos cōuiuantiū mores & vba turpissima. Plurima aūt pars sumpta est ex Iuuenale saty. vi. & ix. Vn̄ & psal. xviii. Fiat mensa eorū corā ipsis in laqueum: & in retributionem & in scandalum. Ordo est. E heu vel heuheu que vox multum dolentis est: q. i. q̄tum. q. d. o q̄tum fedo luxu. id est superfluitate celebrat turba (quia plurimi sunt) dedita gule: cōuiuia sup. sua: que postꝰ comessationem

dicerent. Enim pro q: vt inquit Iuue. saty. vi. quid curat venus. i. mulier luxuriosa: ebria. i. vino capta. q. d. nihil: q: nescit que sint discrimina. i. differentie inguinis. i. pudibundi membri & capitis q: non maiorem exhibet honorem ori quo ingurgitat: q inguini quo egerit causam dicant alii. Que. i. venus. i. mulier ebria mordet. i. languide ob satietatem comedit q: famelici degluciunt: ostrea grandia: iam noctis mediis / quod vitiosissimum est: sed in catone quoq deprehensum. Cum vnguenta perfusa. i. per corpus sparsa aut potius in pocula: q: auctore plinio: quidam etiam cum bibere ceperunt: spumant falerno. i. vino optimo: & ipsa mero. i. non diluto sed puro. Cum bibitur. i. ab eis: concha. i. ostreorum grandium aut vase amplo: sicut cornu potant: ad quales haustus frisones atq vlinam solent: cum tectum ambulat. i. videtur ebriis ambulare: & mensa exurgit id est videtur exurgere lucernis geminis scilicet apparentibus: q: furiosi & ebrii res singulas vident binas. Dicit id est hac tempore & loco: vt dicit idem saty. ii. nullus pudor est verbis aut reuerentia mense. Hic id est vnus ex illis eructat onus stomachi id est quod plus iusto potauit aut manducauit: vel frangit pocula: aut spuit & emungit in mensas. Ille id est alius libidini deditus: bibit priapo id est figmento mentule: vitrio id est vitreo vase habente figuram membri virilis. Ille id est alius volens haberi lepidus et nimium facetus: recitat fabellas dignas fornice id est lupanari: olenti: graue: grauiter. Nullus agit grates: id est gratias superis id est deo & sanctis suis: quos quisq lacessit id est prouocat ad iram.

Iam ne igitur laudas q de sapientibus alter
Ridebat quotiens a limine mouerat vnum
Protuleratq pedem: flebat contrarius alter
Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni
Mirandum est vnde ille oculis suffecerit humor.

Verba sunt Iuuenalis satyra. x. Quibus carpit insanias mundanas quas videns democritus assidue ridebat: vt pote stultos hominum conatus asserens neminem esse in propria persona: sed laruatum id est falsam induisse personam & nullum officio satisfacere quod ridiculum duxit: neq vt ex epistola Hipocratis patet bona & mala hominum risit: sed hominem ipsum ignorantie & stultitie plenum. Alter scilicet heraclides vt plurimi volunt & quem seneca multum fleuisse attestatur videns nihil decenter fieri continue condolens fleuit.



Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus cernens fieri nihil ordine certo:
Nilq ex officio: personisq vndiq falsis
Laruisq occurrens: ob quemuis risit & inquit
Nil tibi concessit ratio: digitum exere\peccas
Ecquid tam paruum est\sed nullo thure litabis
Hereat in stultis breuis vt semuncia recti
Hec miscere nefas\fleuit contrarius alter
Conspectans hominem labi sic\inq maligno
Esse fere positum sub multo crimine mundum

Pone igitur laruas ne semper rideat ille.
Pone et peccatum ne semper lachrymet alter.


Erpetuo risu. Declaratur superior textus affertur causa risus democriti qui perpetuo risit quod dixit videret mūdū plenū laruis et fictis personis cū nemo fungeretur decēter suo officio quia stultis ut docet persius satyra quinta, nihil cōceditur recte facere. Affertur etiā causa fletus heraclidis siue alterius qui fleuit quod videret totū mundum in maligne positum: atque omnes homines precari, quocirca consulo ne moueamus democritum ad risum ut eruamus laruam seu personā stulticie: et ne heraclidem ad fletum deponamus errorem malitie. Ordo autem est. Democritus (ut inquit. Juuenalis dicta saty. x) solebat agitare pulmonem et splenem suum perpetuo risu cernens nihil fieri ordine. i. decēti et a deo ac natura instituto eo nil fieri sup. ex officio. i. debito et ipse occurrens vndique personis falsis. i. simulatis et fictis: et laruis que eedem sunt risit ob quemuis. i. occurrentiū et inquis (quod ex persio sumpsi) o stulte sup. ratio nihil concessit tibi. s. recte facere: exere. i. extrahe ex ore digitum, quē fatui et stulti fere in ore habent: et cū hoc fecisset stultus ait peccas. i. id facis inepte, et stultus. Et quod inquit tā paruū sup. est ut digitū exereres et democritus. quasi dicat fateor quidē id esse minimū, sed nullo thure litabis. i. nullo sacrificio obtinebis, ut breuis. i. modica semuncia. i. dimidiū vncie que duodecima pars est assis: recti. i. operis: hereat. i. firmiter sit in stultis: nefas est miscere hec. s. recte agere et stultum esse. Alter. scilicet heraclides contrarius. i. a contrario fleuit conspectans id est frequenter aspiciens hominem labilem. i. taliter, et mundū esse fere positum in maligno sub multo crimine. Igitur ne ille. scilicet democritus rideat semper pone id est depone laruas id est personas stulticie: et ne alter. s. heraclides lachrymet id est fleat semper. (Dicitur etiam lachrymor verbum deponentale) pone. i. depone et. i. etiam peccatum. scilicet tuum.

Trudit in obscurum saccum grassator iniquus.
Innocuum iustumque virum, sed libera illum.
Tandem conscindens saccum moderator olympi.
Ne paueas igitur subito terrore malorum.
Nam dominus lateri iusti coniunctus eundem.
Seruat: perpetua ne ploret compede vinctus.

¶ Scribitur in oppressores iustorum: qui nimirum insanissimi sunt: nam iustorum lachryme conuertuntur in gaudium: spes autem impiorum peribit. vnde psal. xxix. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum et circundedisti me leticia. Et prouer. iij. Ne pauEas repentino terrore: et irruentes tibi potentias impiorum. dominus enim erit in latere tuo et custodiet pedem tuum ne capiaris. Et psal. ix. Quoniam non in finē obliuio erit pauperis, patiētia pauperū non peribit. Que omnia pertinent ad consolationem iusti, sequentia erunt in errorem impii.


Udite electi christi et spes discite vestras.
Verbera si fertis seuo feriente tyranno.
Opprobrio lingue si vos fecit impius author.
Si spoliat raptor, si fallit callidus emptor.

# De voluptatis cum virtute contentione. Titulus .cxi.

Venditor aut fallax/si legum interpres iniquus.
Si iudex falsus/si mendax testis et hostis.
Improbus expilat: q̄ vos sciat esse fideles.
Christi discipulos/imbelles pacis amicos.
Atqꝫ ea pro christi suffertis nomine leti.
Gaudentes simul exultantes viuite/ nanqꝫ.
Magna est in celis mercedis copia vobis.
Et manet acre malum sine fine laborqꝫ tyrannos.



Audite electi. Argumentum sumptum ex variis locis sacre scripture et precipue ex illo mat. v. Beati estis cum male dixerint vobis homines: et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in celis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. etc. Nullum autem est euidentius signum future beatitudinis q̄ vis persecutionis. quia deus flagellat omnem filium quem recipit. Et vt hierony. ait. Nemo de deliciis transit ad delitias vt hic ventrem et illic mentem impleat. Necesse autem est omnes qui pie in christo volunt viuere persecutionem pati et id genus aliis. Ordo autem est. O electi christi (maro sic. Audite o proceres ait et spes discite vestras finis audite et discite vestras spes. Si fertis. i. sufferetis et patimini: verbera. i. flagella: et hoc tyrāno seuo. i. violento et nō iusto iudice: ferientes. i. percutiētes: saltē p alitū. Si auctor. i. assertor et calūniator ipius: ferit vos opprobrio lingue. i. contumeliis: si raptor. i. violētus spoliat vos/si emptor callidus aut venditor fallax fallit vos: plures aūt fallunt vendendo q̄ emendo: illi tamen emendo fallant/qui ab ignorantibus precium rerum/aut a coactis vēdere longe minoris emunt q̄ valeant. Si interpres legum iniquus si iudex falsus: si testis mendax: si hostis improbus. i. contra ius oppugnans expilat. i. spoliat vos q̄ sciat vos esse fideles discipulos. i. imitatores xp̄i. i. consiliorum et vite eius: imbelles et amicos pacis: atqꝫ suffertis ea. i. mala pro nomine christi/leti. i. voluntarii viuite gaudentes et simul exultantes in tribulationibus vestris. Nāqꝫ magna copia mercedis est vobis in celis et acre malum: quia mors eterna et labor sine fine: manet. i. ineuitabiliter expectat tyrannos. i. violentos persecutores et iniustos rerum occupatores/etiam si adorientur insidiis nec vi grassentur. Compositio tota facilis et plebeia est.

Voluptas.
Blanda curarum domitrix libido:
Risus applausus: iocus: immodestus
Lusus: aspectus petulans. vagantis
Suauia lingue.
Linee quinte venus et cupido
Cum rosis vernis species odorum
Plectra cum mimis: mea sunt sed illa
Atropos occat.

Virtus.
Cura. paupertas. labor. abstinētiqꝫ
Vita iocundis: licitisqꝫ sepe.
Corporis rectrix: animiqꝫ cultrix
Aspera vestis.
Carduus spinis iter hoc molestis
Obsidens inter scopulos acutos:
Sunt mei regni simul et beate.
Ianua vite.

¶ Blanda curarum zc. Verba sunt voluptatis que quomodo herculi apparuit se dicitur in sequenti dicam. Suauia sunt basia lasciua: vernis verni temporis mimis. id est artem ludicram exercentibus Atropos parca vitam abrumpens
¶ Cura. zc. Verba sunt virtutis apertissima. Carduus est tribulus.



alia cum virtus reticēte libidine fata est:
Versanti alcide tacito sub corde: viarum
Utrā sectetur nūquā peritura voluptas
Mōstret in exitiū per inania gaudia vite
An quē ardēs virt⁹ ad sūma palatia celi:
Dicitur his verbis damnasse libidinis ausum.
Tu ne scelesta iubes placidis imbuta venenis
Dulcia sectari multum adducentia luctus?
Ergo ne pro fragili: perdam celestia (que non
Sunt peritura) bono? persuade talia stultis
Nam volo virtutem sectari: eiusq₃ coronam.
Prestat enim modico celum sudore mereri:
Ꝙ vel prolixo dulcore in tartara trudi.



alia. zc. Argumentū sumptū est ex xenophonte: prodigo & Basilio magno. tres eñi recitant ipsū. Prodici meminit primo officiorū cicero: basili⁹ aūt scribit ꝙ hercules cū adolescentior iret diu secū multūq₃ dubitauit utrā viā ingrederetur: duas eñi videbat: vnā voluptatis alterā virtutis: inter ambigendū aūt duas ad illū accessisse matronas: vt potestatē & nequitiā: quarū ꝗ posterior dicta est: ꝙ ornatissima erat & oīm voluptatū examē post se trahebat omiaq₃ ostentabat: ac multo etiā plura pollicebat: vt ad se herculē alliceret. Altera vero ꝗ virtus est: aspera & dura seuereq₃ intuens talia ecōtrario dixit polliceri se nec voluptatē aliquā nec quietē: sed labores: pericula sudoresq₃ infinitos terra mariq₃ tollerādos. Premiū aūt illorū fore deum. i. immortalē fieri. Hāc itaq₃ hercules secutus fuisse dicitur: magna verborū grauitate: libidinē: voluptatem seu nequitiā detestatus. Unde & illud iuuenalis saty. ii. Sed peiores ꝗ talia verbis Herculis inuadunt: & de virtute locuti Clunem agitāt. Verba herculis ꝗ ex tēpore effinximus hic sūt. Tu ne scelesta. zc. Ordo aūt est. Cum. i. postꝙ virtus est fata talia qualia premisimus: et hoc libidine reticēte: q₃ alterne loq̄bātur. fata inquā est alcide. i. herculi alcei nepoti saltem putatiuo aut virtutis amatori versanti sub tacito corde. i. tacite cogitanti vtram viarū sectetur: num. i. nunquid sectetur viam quā voluptas peritura mōstret in exitiū. i. in mortē: per inania gaudia vite scz huius mundi: an quā ardens virtus sup. mōstret ad sūma palatia celi. Ipse dicitur damnasse ausum libidinis his verbis. Tu ne o scelesta: imbuta placidis venenis. i. rebus dulcibus ꝗ vt venena cito necāt: iubes sectari dulcia adducentia multum luctus? Ergo ne sup. iubes vt perdam celestia sup. bo-

na que non sunt peritura pro bono fragili: persuade talia stultie. Nem volo sectari virtutem et eius coronam. i. mercedem immarcessibilis glorie. Etsi p qz prestat: id est melius est mereri celum sudore modico: qz non sunt condigne passiones hui⁹ seculi ad futurã gloriam q̃ trudi in tartara: dulcore: vel id est etiã prolyxo: qualis hic nullus est.

Dum me cura tenet sublimia forte petendi:
   Et vigil expecto det mihi digna labor:
Destituit fortuna pedem: nixumq; fefellit:
   Nec potuit lapsus pes retinere gradu:
Et qui prensus erat non paruo robore ramus:
   Precipitem effractus retulit ecce solo.
Cura/fides/probitas (fueris nisi preditus astu
   Et vafro ingenio) parui putata iacent.

¶ Scribitur in fatuũ mundanũ. i. nimis mundo confidentẽ. Et est carmen domini Roberti Saguini fe. re. ordinis sancte trinitatis generalis. In cuius fine quod dicit Cura fides. &c. intelligendum est. quantum ad huius mundi q̃ fallax est premisa. Cetera patent.

IMpia multiiugi deducunt gaudia stulti
Gaudentes socijs et multitudine cetus.
Non minus arsuri q̃ si tantum ardeat vnus
Sed iam vela legam: si cuius mentio nusq̃ est.
Se dolet excludi: properet: sat erit locus illi.



Mpia. &c. Scribitur in stultos se sua multitudine defensantes. Nã interdum multitudini parcendum est. Verum quod augustinus ait et in decretis habetur: non minus ardebunt qui cum multis ardebunt: quia quanto combustibile copiosius: tanto est calor vehementior. Nec multitudo errantium veniam meretur: quia sicut bonum quanto communi⁹ tanto est melius: ita malum tanto peius. Nec zodoma et gomorra minus perissent si pauculos noxios habuissent hic imperite multitudinis error in ipso nomine indicatur nã secunda syllaba breuis hic ex industria producitur. Quia vero stultorum infinit⁹ est numerus et infinite species ne quis se pretermissum queratur: tandem instruximus hoc commune receptaculum. Sed receptui canendum est, nauita viget.

¶ Finis huius operis.
Sequitur index.

# Tabula titulorum navis stultifere.

# Tabula titulorum nauis stultifere.

# Tabula titulorum nauis stultifere.



¶ Finis Tabule.

¶ Jodoci Badij Ascensij in operis huius composi tionem ac finem Epigramma extemporaneum.

Remigio fragili pelagus dum metior ingens
  Auriculas vellens inquit apollo meus:
Collige vela Badi: sat erat tibi sensa poete
  Nosse: nec in tumidos carbasa ferre sinus.
Pergere si nauis\tibi ne consortia desint:
  Stultiferam in classem fac comes insilias.
Dixit: et aspiciens instare pericula noui
  Et lasse ad portum remige flecto viam.
At quisquis ridet faciles humilesq; camenas
  Ferto magis cultas: attolerato meas.

¶ Hec habui lector candide in stultiferam nauem pro perandi calore afferenda que si minus demorsos sapiunt vngues\noris curando stulto cui fatua dumtaxat sapiũt esse decocta. Vale.

Andree fermini Lexouiaci ad pubem bonarum litterarum auidam.
Elega exhortatio.

Optima si prudens deposcas dogmata pubes
Huc tua perceleri lumina verte gradu:
Eximio cernes opulentum munere nautam
Atque probis clari viribus ingenij:
Qui mira voluit structam compagine puppim
Inuia spernentem labilis antra vadi
Talia non defert piscosus carbasa ponthus
Nec talis rubri cymba mouetur aquis
Hec bona damnosas raptim subeuntia syrtes
Illa tenet nullo deperitura die.

Eiusdem ad eandem Saphicum carmen.

Si probum humani moderamen actus:
Et chori pernix fatui caribdis
Te latet mestam: subeas placentis
Limina prore.
Spernit hec vanas hominum loquelas:
Prodigos eris: cumulum corynthi
Aureum: cecas veneris latebras:
Stemmata: lites.
Nobili verum decoris triumpho
Afficit claram iuuenum phalangem
Que pios semper nitidi penates
Querit olympi.
Ergo nunc prestans animi iuuentus
Hanc ad extructam propera carinam
Plurima acceptis habitura certo
Commoda curis.

Vollständig

J. m B.

RW.

Z

